CHRISTIANI VVARLITZII,
MEDIC. DOCT. ET PROFESS. PUBL.
EXTRAORD. NEC NON ARCHIATRI SAX.
ET ANHALTINI,

SCRUTINIUM LACRYMARUM MEDICO-SACRUM



VITEMBERGÆ,
Sumptu CHRIST. THEOPH. LUDOVICI,
BIBLIOPOL. ACADEM.
M DCC V.

Per-Illustri et Excellentissimo

DOMINO,

DNO. GOTTH. FRID.
DE SCHOENBERG,

Domino superioris et inferioris Lock-
vvitzii, Trebizii, Bucko et Rans-
dorffii, etc.

Potentissimi Regis Poloniae, et Sere-
nissimi Electoris Saxoniae Consiliario In-
timo, summi Appellationum Senatus,
et Proto-Synedrii Eccles. Praesidi
eminentissimo,

Patrono meo gratioso,

opusculum hoc sancto obseqvio
consecrare debuit
devotissimus

AVCTOR.



Viro Nobilisſimo Experientisſimo & Excellentisſimo

DNO. CHRISTIANO VVARLITZIO, Medic. D. Profeſſ. P. Extr. Archiatr. Princip. Saxon. & Anhalt.

S. P. D.

GEORG. FRIDERICUS SCHROEER, Prof. Publ. p. t. Academ. Pro-Rector.

QVæ de cauſis & origine lacrymarum diſerte copioſeqve dixiſti, reficiunt & recreant Sapientum animos, oblectant graviſſimos juris Interpretes, & rerum Sacrarum Antiſtites non mediocri voluptate afficiunt. Nam qvi Sacris præſunt, nihil magis in votis habent, qvam, ut miſſis mundi deliciis, Petri exemplum imitentur omnes, ſedent lacrymis & lamentis, ſuisqve teſtimoniis comprobent illud *Auguſtini: Dulciores ſunt lacrymæ orantium qvam gaudia theatrorum*, gravibus deniqve calamitatibus expoſiti lacrymas Chriſti ſuaves & toti hominum generi ſalutares

acri & intento animo intueantur. Qv
de jure reſpondent, & conſiliis juvan
alios, qvaeſtionem ſæpe inter ſagas exer
cent, non raro ſigna, qvæ leviſſimos illo
produnt homines, in controverſiam du
cunt. Nempe *Sprengerus* & *Bodinus* ſta
tuunt, qvod feminæ, qvando carnificun
tormenta ferunt, & nullas effundunt la
crymas, in ſagarum numerum adſcrib
mereantur. Hoc argumentis refellun
Delrio & *Voſſius* optimiqve in jure civil
Prudentes, qvi cauſas lacrymarum ſcru
tati ſunt, omnemqve fletum intenſiſſim
ſaepius dolore & ſumma animi aegritudi
ne impediri cognoverunt, illam opinio
nem cum purgatione ſagarum, qvæ pe
aqvam fit frigidam, improbarunt. Qvem
admodum, Vir Ampliſſime, hos veſtigi
conſeqvutus es, & doctas de lacrymis co
legiſti ſententias: ita ab incepto opere no
abſiſtas, ſed illuſtre & perpolitum in cor
ſpectu eruditorum virorum ponas, hi T
veris ornabunt laudibus, & famam tuar
multo ſtudio comparatam perpetuo cor
ſervabunt.

CHR

CHRISTIANO VVARLITZIO,
Doctori Medico, ac Professori Extraord.
celeberrimo,

S. D.

GEORG. GVIL. KIRCHMAIERUS,
Graec. Lit. P. P.

BEne facis, CL. VIR, et eruditorum exspectationi convenienter, qvod non solum Medicinæ fines longius prorogas, sed Theologiam qvoqve, qvæ praesertim in Scripturae S. interpretatione versatur, ac rerum divinarum intelligentiae fundamentum est, praeclare illustras, eiqve subsidia, ex arte tua salutari, non omnino spernenda, subministras. Extant laude dignae commentationes domi forisqve *de senectute illa decrepita*, qvam Salomon scite non minus ac graviter describit, *de verecundia Spiritus S. in rebus obscenis ac turpibus*, *de morbis*, *herbis*, *aromatibus*, ac *cibi* et *potionis generibus*, aliisqve argumentis et jucunditate, et utilitate praestantissimis, in qvae si incidit sacri interpres Codicis, tanqvam ad scopulum adhaerescit, stupet, ac, qvo se vertat, nescit,

nisi his utatur adjumentis. Ejusdem in gratiam qvam diligenter bibliothecas excusseris, commentarios attente perlustraveris, judicio acri scitu necessaria conqvisiveris, conqvisitaqve magno apparatu auxeris, me tacente, ne auribus videar blandiri, libellus hic de lacrymis in praesens satis erit testimonium. Macte hac virtute esto, CL. VIR, ac viam, celeberrimorum vestigiis Medicorum, in qvibus merito ponendi Thom. Bartholinus ac Georg. VVolffgang. VVedelius, impressam et signatam, insiste, ac de republica literatorum bene mereri perge. Vale. Scrib. e Museo, mense Julio praecipitante, anno recuperatae salutis cIↄ Iↄ CC IV.

ELEN

ELENCHUS AUTORUM,

qvorum opera uſus eſt autor hoc in opuſculo.

A.

ALexander ab Alexandro
Alex. Aphrodiſeus
Alex. Neapolitanus
Auguſtinus
Acoluthus
Angelutius
Atlas Marianus
Joh. Andreae
Ariſtophanes
Arias montanus
Adami
Ambroſius
Airinghus
P. M. ab Angleria
Aelianus
Athanaſius
Aldes
Alciatus
Avenarius
Alard
Andernacus
Ariſtoteles
Aqvapendens
Ammannus
Arculanus
Sal. Albertus
Augenius
Appianus
Athenaeus
Aqvinas
Altomarius
Avicenna
Albucaſis
Almanſor
Agrippa
Alcmaeon
Arantius

B.

Baco de Verulamio
Bauhinus
Baricellus
Bromton
Joh. de Boria
Barthius
Bebelius
Bernhardus
Briſſonius
Bochartus
Beſſaeus
Begerus
Bauſchius

Buxtorfius
Bergerus
Bonaciolus
Biesius
Biel
Bauderonius
Borrichius
Bartholinus
Burrhus
Barradius
Beza
Benivenius
Bohnius
Basilius
Brentius
Baronius
Beverovicius
Brunfelsius
Bodikerus
Bonfinius
Beierus
Boetius
Bonamus
Borellus
Brasavolus
Becmannus
Bottonus
Boyleus
Bertrucius
Backius
Barbatus
Bodinus
Berlich
Boguet
Binsfeld
Petr. Blesensis
Bonaventura
Budaeus
Bohemus
Bechmannus
Bredenbach
Bidenbachius
Botsaccus
Brinslegus
Balduinus

C.

Calovius
Conringius
Cartesius
Cardanus
Chemnitius
Cyprianus
Cedrenus
Clemens Alexandrinu
Chrysologus
Chrysostomus
Camius
Cotovicus
Casalius
Chrysippus
Casp. Crusius
Christoph. Crusius
de la Chambre
Charleton

Cabe

Cabeus
Cornel. Celſus
Columbus
Coiterus
Caſp. Caldera
Chalcidius
Cauſſinus
Cramerus
Crollius
Roderic. a Caſtro
Calvinus
Camerarius
Clotzius
Chiffletius
Bernard. Claraevallenſis
Cornarius
Columella
Codronchius
Cotelerius
Caſaubonus
Craane
Crato
Bened. Curtius
Creidius
Campofulgoſus
de la Cerda
Comarus
Cocceus
Cajetanus
Celichius
Cluverus
Capivaccius
Critica S. Maj. Anglic.

D.

Deutſchmannus
Deuſingius
M. Ant. de Dominis
Drexelius
Drechslerus
Druſius
Damianus
Dietericus
Dionyſius
Durandus
Del Rio
Dannhavverus
Dodonaeus
Dolaeus
Daſſovius
Dio
Democritus
Diogenes
Dedekenius
Dorſcheus
Dilherrus

E.

Egeſippus
Euſtathius
Ephemerides German.
Ephemerid. Gallor.
Erualdus
Eraſmus

Erasistratus.
Empedocles.
Eusebius.

F.

Festus.
Forerus.
Foixius
Freinsheimius
Faber Semestrius.
Flacius
Fallopius.
Francisci
Fuchsius
Fontanonus.
Faës
Florus
Fingerlingius.
Forestus.
Fernelius
Joh. Fortis.
Fincelius
Friedeborn
Fischardus
Faventinus
Frantzius.
Fagius
Fritschius
Felgiebel
de la Forge.

G.

Guevara
Geilerus
Geierus
Galenus
Gorraeus
Graba
Grumppenbergius.
Gervasius
Garmannus,
Glassius
Glado
Gotthold
Gesnerus.
Gruterus
Gutherius
Matth. de Gradi
Guido de Cauliaco.
Gynaeciorum Tom.
Goclenius
Gorecius.
Gregorius.
Gyraldus.
Glasenius
Grasecciu.
Galatinus
Graaf
Graevius
Gabelchoverus.
Georg. Grav
Grembs
Tim. à Güldenklee.
Grillandus
Godelmannus
Golius

Ger-

Gerhardus
Gatakerus
H.
Historia Ecclesiastica
Herodotus
Hippocrates
Henningus
Heurnius
Hornius
Heermannus
Joach. Hildebrandus
VVolfg. Hildebrandus
Haydvvardus
Hilarius
Harveus
Haffniensia Acta
Hildanus
Henr. ab Hear
Hoffmannus
Hollandus
Heraldus
Heroldus
de la Haye
Hunnius
Hesychius
Hovius
Hünervvolff
Hauptmannus
Hechstetterus
Hartmannus
Herophilus
Helmontius
Hesselbeinius
Huitfeldius
Hertodt
Halicarnassaeus
Hieronymus
J. Bapt. du Hamel
Hollerius
Highmorus
Herrenschmidius
Holcoth
Hugo Cardinalis
Hornbeecius
Hasius
I.
Irenaeus
Iohnsonus
Isocrates
Ingrassias
Iacchinus
Fr. Ioël
Nicander Iossius
Iustitor
Iordanus
Iebsenius
Isidorus Pelusiota
Iansenius
Aloysius Iuglaris
K.
Kirchmannus
Kircherus
Marc. Marci à Kronland
Kerckringius
Krip-

Kniphaeus
Kentmannus
König
Kotzerus
Keckermannus
Kromayerus
Kimchi
Kippingius

L.

Laërtius
Lyra
Matth. de Lobel
Lumen Apothec.
Libavius
Lutherus
Lassenius
Lucianus
Lasicius
Liddelius
Ledelius
Petr. de Largelata
Lovverus
Lauretus
Langius
Act. Erudit. Lipſ.
Lev. Lemnius
Leonus
LLoydius
Lœvvenhœck
Lamy
Lahme
Laurentius
Lerchmeyer
Lindenſpür
Lotichius
Landulphus
Landspergius
Lightfoot
Cornel. a Lapide

M.

Mollerus
Mullerus
Henning. Meierus
Anton. Muſa
Chriſt. Matthiae
Myrepſus
Matthiolus
Möglingius
Mercurialis
Marcellus
Mœbius
Matth. Martini
Merian
Maimonides
Miſander
Muſchel de Moſchau
Iacob. à Mellen
Meletius
Magirus
Meibomius
Malpighius
Mormile
Moſchio
Mehlfürerus

Mus-

Musculus
Meursius
Mirus
Mascardi
Maffeius
Mentzelius
Monginot
Maldonatus
Mercatus
Maurocordatus
Melanchthon
Monardes
Montaltus
Meisnerus
Metzgerus
Mauritius
P.Martyr

N.

Nazianzenus
Ioh. Nicolai
Christoph.Nicolai
Greg. Nyssenus
Nebelius
Nevvenhahn
Nymmannus
Nierembergius
Nifanius
Needham
Nobilius
Niderus
Nilus Episcopus
Nasser
Nicephorus

O.

Olearius
Oecumenius
Orosius
Oldekop

P.

Petrarcha
Pausanias
Plinius
Plutarchus
Peracelsus
Angelus Palea
Pelshoferus
Pancirollus
Primerosius
Platerus
Pokokius
Picinellus
Pagninus
Prücknerus
Pfeifferus
Pierius
Paschalius
Placentinus
Paparella
Petr.Pauus
Plato
Plempius
Franc. Perla

Plaz-

Plazzonus
Polybius
Paraeus
Pineda
Petti
Politianus
Paullini
Parmenides
Piſo
Phyſica Gothana
Piccartus
Peruccius
Pipinus
Peraldus
Proſper
Trebell. Pullio
Procopius
Rudolph. Petri

Q.

Qvenſted
Qvirsfeld
Qvintilianus
Qvercetanus

R.

Remigius
Caſp. à Rejes
Renodaeus
Rauppius
Raulinus
Ravanellus
Rogerus
Reiſelius
Riolanus
Rhodius
Rohault
Rolfincius
Rumlerus
Ruellius
Reekius
Radzivil
Richterus
Rivetus
Reichenbachius
Ribera
Rallius
Reinkingius
Röberus
Reineſius

S.

Schlemmius
Stobaeus
Schvvimmerus
Sandaeus
Scriverus
Salinas
Solinus
Scaliger
Sacchs à Levvenhaimb
Sylvius
Scribonius
Spondanus
Schleichius
Stiefflerus
Schindlerus

Sal-

Salmasius
Sagittarius
Serarius
Schmidius
Schnepfius
Schneiderus
Steno
Guil. de Saliceto
Simoneta
Savonarola
Steph. Atheniensis
Ioh. Bapt. Scortia
Schenckius
Schottus
Georg Spalatinus
Sophocles
Symmachus
Spigelius
Sanctius
Sebitzius
Sperlingius
Salmeron
Seneca
Soranus
Schœpfferus
Schefferus
Statius
Suidas
Sulmonensis
Strabo
Smollius
Simeon Sethi
Scharffius
Servius
Schvvammerdammius
Slegelius
Sennertus
Sprengerus
Sinibaldus
Salvianus
Schmuck.
Siricius
Schrôderus
Stybarus
Stedingius

T.

Tabernaemontanus
Tremellius
Theophylactus
Tibullus
Talentonius
Tidicaeus
Ioh. de Tornamira
Theophrastus
Tentzelius
Thalius
Theatrum Europaeum
Tulpius
Octavius de Tufo
Tertullianus
Tacitus
Thummius

Thua-

Thuanus
Valesc. de Taranta

V.

Polydor. Vergilius
Vatablus
Varolius
Vesalius
Veslingius
Valentinus
Vallesius
Vidus Vidius
Verney
Vater
Vinarienses
Vitruvius
Vossius
Christ. a Vega
Arnold. Villanovanus
Velschius
Valla
Voigtius
Voglerus
Verzascha
Vlpianus
Velthemius

VV.

VViderus
VVeidlingius
VVeckerus
VVudrianus
VVatson
VVormius
VVedelius
VVarthonus
VVinckelmannus
VVillisius
VVeyhenmaier
VVepfer us
VValdschmidt
VVagenseilius
VVeinrichius
VVelschius
VVellerus

X.

Xenophon
Xenocrates

Z.

Zacutus Lusitanus
Paul. Zachias
Zenobius
Zeilerus

PRECO

PRAECO.

DEPLORANDA PROFECTO noſtra eſt conditio ab incunabilis usqve ad decrepitam aetatem lacrymarum pleniſſima! ethnicos finxiſſe Creatorem omnium rerum, dum primum hominem formaſſet, glebae terrae lacrymas immiſcuiſſe *Stobaeus* tradit, qvo miſerabilem hujus vitae ſtatum indigitat, et *Hippocrates*, Medicorum Atlas, perite dictitat, miſerrimum vitae humanae eſſe ingresſum, miſerrimumqve progreſſum. A ſuctu et luctu vitae noſtrae ſunt primordia. Sap. 7. v. 3. hinc lemma: NASCIMUR IN LACRYMIS!

Lyra curioſe ſcribit: omnem maſculum natum in fletu edere vocem A, ac foeminam E, protoplaſtos indicantes, hac de re leg. qvoqve *Schvvimmerus in Phyſical.* Zeitvertreiber P. II. p. 139. qv. 1. (qvanqvam ratio potius in laryngis rimulae vel glottidis amplitudine, ſeu dilatatione et anguſtia qvaerenda ſit. vid. *Alex. Aphrodiſeus* probl. 97. & *Joan van Horne* in μικροκόσμῳ p. 72. Etenim, ſecundum *Joh. Bapt. du Hamel* in Regiae ſcientiarum Academiae Hiſtoria glottis primarium vocis organum exiſtit. (Haec licet tam ſit anguſta, ut minor ſit lineae latitudine, actu tamen diviſam eſſe in 6912. particulas, qvarum aliae aliis ſint majores, docent *Acta Erudit. Lipſ.* ad ann. 1703. p. 263.)

Autor alius ingenioſus ejulantis interjectionem ai, tanqvam vocem dolentis primam eſſe infantis,

in mundum ingredientis, pronunciat, qvae literae Ai in hyacinthi flore insculptae conspiciuntur, qvia ex Ajacis cruore editus fabulatur. Consulatur hic *Joh. Meursi* Arboretum Sacr. p. 135. et *Casp. Bauhini* Theatr. Botan. p. 42. Ast scire convenit, non intelligi hic hyacinthum vulgarem flore caeruleo, sed flore rubente, seu purpurascente, lilio adsimili, qvod Martagon Chymistae appellant, alio nomine hemerocallida, lilium rubrum, vel cruentum, et in specie hyacinthum Poëtarum, seu Ovidianum. (*Lobelius* vero intelligit iridem bulbosam flore purpureo inodoro, in Angliae Flandriaeqve amoenioribus viretis conspicuam) Sic et in fabae flore luctus literae apparere videntur, teste *Sexto Pompej. Festo*, hinc qvidam huc referunt locum Job. 14. v. 2. homo sicut flos egreditur, scilicet ut hyacinthus, qvi vagientes liberos repraesentat (qvanqvam *Maximil. Sandaeus in flore mystic.* p. 347. aliter explicet, h. v. litera A primum obtinet locum in ordine literarum, apud Latinos figuram habet triangularem, et constat tribus literis, intellectuqve arcano Deum significat, rerum principium, unum essentia, trinum personis, leg. Apocal. 1. v. 11. litera I vero notat Jesum: Ai i.e. Deum et Jesum)

Potius ploratu hoc innuitur miseria mundi, qvod vult *Augustinus* h. v. Infantia non à risu, sed à fletu orditur hanc lucem, qvod, qvid malorum ingressa sit nesciens, prophetet qvodammodo: ac *Cyprianus*: unusqvisqve nostrum, qvum nascitur, et hospitio hujus mundi excipitur, initium sumit à lacrymis, qvasi vates futurarum suarum aerumnarum,

rum, qvae fibi in hac lacrymarum theatro expectandae.

Mundus enim non eft campus Elyfius, fed lacrymarum vallis, autore *Henningio Henningi in Muhammedano precante.* Vallis lacrymarum, inqvit *Remigius*, eft vita illa mifera, in qvam decidimus per lapfum primi parentis, cum antea effemus in ipfo in monte gaudii, vid. *Hiftor. Ecclefiaftic.* T. II. Cent. IX. C. IV. Vix qvinto nobis menfe ridere permittitur, dum lacrymae in ipfa vitae janua profluunt. Der Christen Calender hält fast das ganze Jahr hindurch eitel nasses Wetter/immer nasse Augen/ erudite fcribit *D. Müllerus* in der Ev. Schl. K. p. 385. Nimbi miferiarum in hac valle miferiarum faepe nos obruunt, hinc feminamus in lacrymis.

Petrarcha in praefat. lib. de remed. inqvit: initium vitae coecitas et oblivio poffidet, progreffum labor, dolor exitum, error omnia: et *Auguftinus:* ô homo ingreffus tuus flebilis, progreffus flebilis, et exitus horribilis. Ipfum lucis in infante rudimentum praefagium eft eorum, qvae vitae progreffu patienda fnnt. Sicut enim maleficus aliqvis in carcerem ductus catenis et compedibus oneratur: fic miferum hominem, in vitae hujus carcerem detrufum, vincula in cunis excipiunt, et omnium membrornm nexus: qvare multi non nafci optimum cenfuere, aut qvam citiffime morte aboleri.

Plinius, naturae Bibliothecarius ftrenuus in praefat. l. 7. dum miferandum hominis ftatum

indicare vult, haec verba profert: Natura caeteris animantibus varia tegumenta tribuit, cortices, coria, ſpumas, villos, ſetas, pilos, pennas, plumas, ſqamas, vellera, et arbor cortice interdum gemino à frigore et calore tutata eſt: hominem tamen nudum, et in nuda humo natali die abjicit ad vagitus ſtatim et ploratum, nullumqve tot animalium aliud ad lacrymas, et has protinus vitae principio.

Ant. de Guevara in Horol. Princip. p.340. erudite loqvitur: Si nudum non veſtire crudele eſt, qvis infante recens nato nudior? ſi neceſsitatibus pauperis non ſuccurrere inhumanum, qvid infante recens nato, qvi nec matris officia implorare poteſt, miſerius? Si damnum aerumnoſo cuipiam, qvi loqvi neſcit, dare crudele eſt, qvid infante aerumnoſius, qvi nec qveri, imo nec loqvi poteſt? Si triſtem non conſolari crudele eſt, qvid infante, qvi cum fletu naſcitur, triſtius aut flebilius?

Nec non *Henningius Meierus in Auguſtinum de mundi vanitate* p. 110. ecce in miſeria ſumus, et in miſeriis non ridere, ſed flere debemus. Cum enim naſcitur puer, non ridet, ſed plorat. Qvare plorat, niſi qvia voce teſtatur, et confitetur plorando ſe ad miſeriam deveniſſe. Naſcuntur enim filii Adam ad laborem et dolorem. Conſentit *Joh. Gerhardus* in meditat. Sacr. p. 141. homo natus ad laborem, nou ad honorem, brevi vivit tempore, ideoqve cum metu, repletus multis miſeriis, ideoqve cum fletu, brevis illa vita dolores et labores habet minime breves. Ideo *Joh. Geilerus* diem nativitatis vocavit diem calamitatis. Vita namqve et calami-

tas gemelli sunt, uno eodemqve tempore nati ac denati. Der Mensch fängt sein Leben an mit heulen und weinen / und endet es mit seuffzen und ächzen. Wir kommen in die Welt voller Blut / und scheiden daraus von kalten Todes-Schweiß befeuchtet / ait *Scriverus* in Seelenschatz P.I.p.23.

Si nascerentur homines, ut perpetuo viverent, aeqvum esset nos illorum conspecta morte lacrymari: cum autem vero verius sit eos, ut morerentur, natos esse, et post mortem vita frui, non eos qvi cito moriuntur, sed qvi diu vivunt, deflendos dixerim. Qvare Thraces, Coesii et Causiani tanqvam prudentes sunt laudandi, qvi, *Solino, Egesippo, et Alex. Neapolitano* referente, infantem recens natum circumsedentes ploratu excipiebant, mortuum contra gaudio prosequebantur, ac cum laetitia sepeliebant, qvem morem qvoq; Spartanorum fuisse *Plutarchus* attestatur, nec non Riphaeorum montium accolarum, ac Getarum, qvi puerperia lugebant, funera vero lusu ac festo cantu celebrabant. Hoc qvoqve Augustus, Monarcha potentissimus, innuere voluit. Morte enim ejus, ut *Dio*, et ex eo *Cedrenus* refert, appetente, omnibus mandavit, ut se defuncto plauderent ac risum tollerent, eo mandato vitam humanam tanqvam ridiculam subsannare voluit. Leg. hic Ecclesiastes c. 4. v. 2.

Lacrymae itaqve vitae nostrae initium sunt, medium ac finis; Lacrymis vita inchoatur, suspiriis continuatur, et doloribus terminatur, unde *Christoph. Irenaeus in spec. vit. aet.* p. 167. ita:

Auſpicor à lacrymis, in iisdem finio vitam
In lacrymis vita eſt tota peracta mihi.
Flens veni in terris, et flens diſcedo, fuitqve
Dum vixi, fletus vita, dolor, gemitus.

Proinde eheu nos miſeros! qvi naſcimur cum fletu, adoleſcimus cum metu, ſeneſcimus cum gemitu!

Tota vita humana herbae γλυκυπίκρῳ ſeu amaradulci haud abſimilis eſt, unica litera inter vitae laetitiam et luctum diſtingvit, cum dico: luſum luxum, luctum: dulcium et amarorum, triſtium ac laetorum perpetua eſt mixtura: hilaritas et moeror, riſus et lacrymae mutuis ſeſe veſtigiis premunr, et ubi luſus deſinit, ibi luctus incipit, ubi ignis, ibi et fumus, calix voluptatis et mellis mutatur citius in feces tribulationis ac fellis, vid. *Andr. Acoluthus lib. de aq. amar. maled. infer.* p.65. Aerumnae ac miſeriae hujus vitae tanta ſunt in varietate, ut mundus non abs re receptaculum qvoddam miſerorum hominum, noſocomium, malorum omnium pelagus, et lacrymarum vallis appellari qveat, inqvit *D. Aegidius Hunnius Comm. in Matth.* p.391.

In hac lacrymarum valle, qvocunqve vertis oculos, moeroris, doloris, afflictionis et amaritudinis plurimum ubiqve conſpicis: nulla domus tam felix, ubi aloë haec in cibo et potu non miſcetur thren.3. v.15. Dantur ibidem amarae lacrymae, Jerem.31. v.15. amara invidia Jacob.3. v.14. amara crux et deniqve amara mors Eccleſiaſtic. 41. v. 1. qvare *VVeidlingio* referente in der *Emblemat.* Schatz-

Kam-

Kammer P. I. p. 538. Ein weiser Mann schrieb zu einen Fluß: cum defluunt, affluunt, je mehr Wasser weg fliesset/ je mehr zu fliesset: also folget immer ein Unglück bey frommen Christen auff das andere.

Imo qvaelibet aetas singulares habet passiones: si à cunis examinamus, infans è matris alvo in lucem hanc emergens nudus et miser abjicitur, una cum lacte sugit miseriarum rudimenta, vocem edit flebilem, tanqvam molestiae signum et ad septimum fere annum ineptus existit, postea laboriosam ingreditur vitam, nunc victus deest, nunc noctes ducit insomnes, nunc infinitis discriminibus terras mariaqve peragrat navigatqve, ac saepe, qvod per universam aetatem arte ac sudore acqvisivit, brevi momento amittit, interdum ipse parvo ictu vel alio malo perit. Qvod si vero senectutem asseqvitur, qvid lucratur? bis puer fit, sensus labascunt, artus tremunt, hebescit visus, imminuitur odoratus, deperditur gustus, eripitur auditus, adeoqve nullus aetatis est terminus, qvi non infinitis aerumnis lacrymosis expositus est, ac obnoxius, sed tota vita calamitatis tabula est, ac hospitium, autore *Seneca*. Vivimus inter lacrymas, gemitus et suspiria, ait *Cyprianus*.

Qvocunqve oculos circumfers, mala deploranda aspicis: hic orphanorum lacrymas, illic viduarum gemitus, alibi suspirantes oppressos, alibi pauperes ejulantes et aegrotantes. Idcirco Solon ap. *Herodotũ* jure in haec erumpit verba: πᾶν ἐστιν ἄνθρωπος συμφορὰ, homo qvantus qvantus est, nihil aliud est

qvam calamitas, et *Casp. a Rejes:* vivere nihil aliud est qvam pati, dolere, mori leg. job.3. v.20.

Paracelsus refert supra ducentas esse febrium species, *Galenus* centum ac duodecim morbos, qvi oculis saltem contingunt, recenset, et *Anton. Musa* 234. gallici morbi enumerat species, qvot igitur, qvaeso, caeteris accident membris?

Laërtius de Heraclito Philosopho refert, qvod qvoties hominem aspexerit, toties acerbas lacrymas profuderit, qvia nil nisi vanitatem in eodem deprehendit vid. Ecclesiastis 1. v.2. c.9. v.9. et c.12. v.8. et *Christ. Matthiae* in Theatr. Hist. p. 335.

Ad casus hominum lacrymarum rore rigandos
Heraclite, oculi non satis ambo tui.

Qvocunqve enim oculos mentis vertimus, materiam plorandi invenimus. Si sursum, videmus Deum qvem offendimus, si deorsum, infernum, in qvem ruimus, si retrorsum, cernimus peccata, qvae commisimus, si antrorsum, videmus districtum judicium, qvod timemus, si introrsum, intuemur conscientiam nostram, qvam peccatis foedavimus, si extrorsum, videmus mundum, qvem amavimus, juxta Augustinum. Verbo: in hac absinthii valle dulce vinũ haud reperitur, sed omnia aut acerbis lacrymis, aut miseriis sunt repletissima Ecclesiastis 2. v.22. et 23. risus et fletus adest mixtura, et aqva lacrymarum propinatur ac tristitiae, in coelo vero vinum meracum ac laetitiae, gaudium non mixtum, imperturbatum, purumqve. Qvare calicem crucis myrrhatum animose patienter ac confidenter è manu Jesu nostri accipiamus Jerem. 25. v.15. ferendum

dum est, qvod mutari haud potest, in coelo dulcescet amarum.

CAPUT I.
DE
LACRYMIS IN GENERE.

LAcrymarum Theoria est vel *BOTANICA*, herbis qvibusdam tributa, sed analogice et magis improprie; sic lacrymam Christi et Jobi recenset *Matth. de Lobel* in stirp. adversar. nec non *Scaliger* Exerc. 98. dist. 2. lacrymam Joppi *Angelus Palea* et *Casp. Bauhinus* in Pinace: aut plantarum et arborum liqvoribus, sive sponte, sive pervulnerationem effluentibus, secundum *Pelshoferum* disc. de opio. p. 10. *Weckerum* in antidotar. spec. p. 10. *Gorraeum* in defin. medic. p. 99. et *Jacob. Sylvium* l. 1. de medic. simpl. nat. v. g. lacryma vitis, qva de leg. *Sachs à Levvenhaimb* in ampelograph. Sect. 3. p. 72. lacryma hederae, vid. *Nic. Myrepsus* de compos. medicam p. 50. lacryma papaveris etc. Omne autem gummi lacryma densata est, et liqvor emanans vel in gummi vel resinam concrescit propter oleosam, qvae in ea est, substantiam, sic datur lacryma Cyrenaica et sagapeni, ferulae Medicae ac Syriacae, teste *Matthiolo*, *Forero*, *Tabernaemontano*, ac *Möglingio*. Κατ' ἐξοχὴν vero liqvor balsami arboris, seu opobalsamum lacryma appellatur. vid. *Luminare Majus seu Lumen Apothec.* p. 81.

Sophi veteres plantas vera animalia esse ac lacrymari putarunt, autore *Mercuriali*, prout in Programmate qvodam publico ostendi. Verum lacrymae haevegetabilium potius exuberantiae sunt, ut

 vocat

vocat *Fr. Baco de Verulamio* in Hist. vit. et mort. p.506. Sicut enim sangvis in animalibus, maxime in sexu foeminino, certis periodis turget et urget, ac superflua qvaevis salutariter eliminat: sic qvoqve in plantis humor, ad ipsarum levamen, statis anni temporibus effluit.

Humores autem isti, qvi ex plantis sua sponte exsudant, sunt vel aqvei, ut ex ferula, vel salice; vel oleosi, ut ex olea; vel resinosi, ut ex myrrha et balsamo; vel solis calore educti, ut grana thuris et mastichis, vel copia expressi, ut terebinthina; vel ab ipsis plantis dehiscentibus expulsi, ut pix.

Dum itaqve liqvor vel sponte, vel vulnere illato delabitur, et lacrymatim profluit, lacryma cognominatur, is, si oleaginosus existit ac liqvidus, speciali nomenclatura resina vocatur: si terrestris et concretus in truncis arborum, gummi appellatur. Lacrymarum harum arborearum genera vide apud *Hieron. Cardanum* l.8. de plant. p.451.

Vel *PHYSICA* e. g. lacrymae cervi, de his consulatur *Sachs à Levvenhaimb* de cancr. et serpent. petref. *Baricellus* in thesaur. secret. *Scribonius* et *Deusingius* de lap. bezoar. *Pancirollus* P. II. rer. memorab. p.116. *Joh. Heurnius* lib. de febr. p. 91. *Joh. Renodaeus* de mat. medic. p. 319. et 327. *Angelutius* de nat. viper. *Graba* in elaphogr. *Johnsonus* in Lex. chym. *Primerosius* aliive. Item lacrymae ovi, per qvas non intelligitur liqvor ille, qvi exsudat, dum ovum coqvitur, et à *Felice Platero* in ophthalmia commendatur, sed ovi incocti album, juxta *Marcellum*.

Sic

Sic vinum rubens laudabile ad Vesuvii, montis ignivomi, radices nascitur, qvod Lacruma dicitur, qvia ex electis sui generis uvis primum emanat è tina, anteqvam calcentur, more lacrymae, referente *Sachsio* in *ἀμπελογραφ.* p. 430.

Assentitur *Mart. Zeilerus* in Itinerar. Italiae nov. antiq. p. 174. ac *Matth. Merian.* in tepograph. Italiae p. 73. h. v. Der Berg Vesuvius ist ein fruchtbarer Berg / darauff herumb Bäume und Reben mehren theils stehen / so herrlichen Wein tragen / den sie vino Greco und lacrime Christi nennen. vid. *Jos. Mormile* in descript. urb. Neapol. c. 14.

Vel ETHICA, tanqvam signum affectus cordialis, tam in gaudio, qvam in luctu, ut infra ostendam. Lacrymae namqve cor movent actor. 21. v. 13. hinc à lacerando nonnullis denominantur, qvia cor iisdem qvasi laceratur.

Vel SUPERSTITIOSA, qvales lacrymae fictitiae ac supposititiae gentiles ac Pontificii statuis qvibusdam et simulacris sanctorum, ac ligneis crucifixi imaginibus affingunt, ridiculisqve ostentationibus plebem decipiunt, de qvibus leg. *Spondanus*, *Atlas Marianus*, *à Guil. Grumppenberg.* editus p. 155. it. *Gervasius*, *Joh. Bromton*, *Henr. Kippingius* in antiq. Rom. l. 1. p. 474. et *Casp. Barthius* in adversar. p. 1562. Reperti enim sunt impostores, qvi ab imaginibus, dolosis qvibusdam machinationibus, vel lacrymas, vel sudorem sangvineum, qvod aciem oculorum & mentes rudis populi perstringerent, excusserunt. Dolum hunc inter suae re-

ligionis impostores detectum sic narrat *Francisc. Foixius* et *Polydor. Vergilius*: Simulacrum qvoddam vidi, qvod Monachi cujusdam, pecuniam ita corradentis, artificio, in annos singulos mense Martio lacrymabatur, palmite vitis à tergo in foramen, qvod ad imaginis oculos pertinebat, inserto: sed dolo comperto scelus autori fraudi fuit: Et *M. Anton. de Dominis* inqvit: Ars haec emungendi pecuniam per imagines nostris diebus in nostrorum seu Presbyterorum, seu monachorum templis est notissima, imposturarum confictorumqve miraculorum plena. Nec non Mahumedani easdem tribuunt Pseudoprophetae Mahumed. Hac de re leg. *Joh. Andreae* in confus. sectae Mahumed. p.142. et 143. et *Eduard. Pokokium* in not. ad *Gregorii Abul. Faraji* succinctam de Arabum origine ac moribus narrationem.

Pontificii miracula haec fabulosa forsan ab ethnicis sunt mutuata, qvi solebant cavis imaginum capitibus oleum infundere, ut spectatoribus lacrymas fundere viderentur, *Libavio* annotante in Gymnasm. prim. de Teletis et Timis imaginum §.19. Nimirum per oracula et per statuas daemon lacrymas saepe effudit, ut constat de statua Martis et Apollinis, qvae IV. continuis diebus lacrymas emisit, dum Romani cum Graecis ac Rege Aristonico gravi praelio contenderent, autore *Schleichio* in daemonolog. gentil. p.148. vid hic *Georg. Moebii* tract. philologico-Theolog. de orac. Ethnic. p.81. ac *Freinsheimium* in not. ad Augustin. p. 156. Tacebo lacrymas Mariae.

Nec

Nec loqvar de lacrymis mortuorum de qvibus consul. *Christ. Frid. Garmannum* de mirac. mort. p.49. §.4. et 5.

Vel ALLEGORICA, ſicuti jovis lacrymae pluviam ſignificant, vid. *Clemens Alexandrinus* in oper. p.571.

Seu METAPHORICA, ubi lacrymari dicitur terra, qvum ejus è gremio effunduntur flumina vid. *Pauſanias* in deſcript. Graeciae l. X. p.881. nec non muſtum et oleum, qvoniam guttatim in torculari per calcationem et expreſſionem uvarum ac olivarum lacrymarum in modum deſtillant. leg. Exod. 22. v.29. cum marginali *B. Lutheri* et *Glaſſii* Phil. Sacr. hinc vocab. German. Wein nomen ſortitum eſt, qvod lacryma ſit uvarum. Empedocles enim vinum putavit eſſe aqvam in ligno vitis coactam, qvare *D. Joh. Mollerus* in ſimilitud. Phyſico Theol. hoc ſimile format: Der Wein giebet ſeinen wohlſchmeckenden Safft nicht eher von ſich / er werde dann zuvor mit gewalt durch die Preſſe heraus gezwungen: ebener maſſen ſind wir Menſchen auch öffters ſehr ſäumig / ehe dann wir die Thränen wahrer Buße fallen laſſen / und ſelbige für GOtt ausſchütten vid. *Rauppii* Lexic. Theol. p. 225. it. *David Glado* in Gleichn. und Geheimn. des geiſtl. Reichs Chriſti p. 904. et *D. Chriſt. VVeidling.* in der Orator. Schatzkamm. h. v. Der Weinſtock thränet zwar / wenn er beſchnitten wird / doch pflegt er nach den weinen Wein zu bringen: alſo auch der Frommen Hertzen thränen hinc lemma: POST LACRYMAS

FRU-

FRUCTUS: item GEMMAS POST GEMITUS. Ideo vitis iconem praebet utilitatis calamitatum, ac lacrymarum Christianorum, qvae felicitatem tandem summam pariunt Joh. 16. v. 20. Actor. 14. v. 22. Rom. 8. v. 28. Huc inclinat *Joh. de Boria* in Emblem. moral. p. 128. ubi viti, cui appicta est falx putatoria, haec verba inscripsit. SIC UBERIUS! ac versiculum

Uberior fructus vitis, qvae rite putatur,
Virtutem adversis fructificare decet.

leg. Joh. 15. v. 2. et *Drexelii* palaestr. Christian. p. 36. *Heermannum* in Geiero illustr. p. 61. ac *Gotthold.* in zufälligen Andachten p. 453. h. v. Ihr seid ein Rebe an geistl. Weinstock dem HErrn JEsu/ GOtt ist der Weingärtner/ der versencket euch durch Verachtung/ Er beschneidet euch durch Anfechtung/ Er bindet euch an durch Trübsal/ Er beblättert euch durch Armuth/ alles zu dem Ende daß seine Gnade euch/ und euer Hertz ihm desto süßer sey. Wolan/ mein GOtt/ laß mich ja aus deiner Auffsicht nicht/ sonst verwildere und verderbe ich: beschneide/ binde/ blättere wie du wilst/ das soll allezeit mein Trost seyn/ daß du es nicht kanst böse meinen.

Par ratio est liqvoris balsamici, de qvo *Joh. Stiefflerus* in loc. Theol. hoc simile parat. p. 1355. Der Balsam-Baum hat diese wunderliche Art und Eigenschafft an ihm/ daß er das wohlriechende köstliche Oehl ehe nicht will laßen fließen/ er werde dann geritzt von außen an der Rinden: also in höchsten Schmertzen seufftzen und thrä-

nen

nen auch die Menschen von Hertzen. Qvibus verbis suum addit calculum *VVudrianus* in schol. cruc. p.154. Soll das Balsam-Bäumlein seinen Safft geben / muß man es ritzen und die Rinde auffschneiden: also wenn GOtt durchs Creutz ritzet / und gleichsam wund machet / so fleußt der Thränen-Safft durch die Augen. Denn die Christen / so ohne Creutz leben / sind gleich denen Weintrauben / die an den Reben behangen bleiben/und nicht außgepresset werden.

Phil. Picinellus in mund. symbol. l. 9. c. 6. malis aurantiis hanc dat epigraphen: PRESSA DABUNT SUCCUM, et applicat in afflictiones et calamitates, qvae potentes sunt â cordibus nostris, alias pumice siccioribus, copiosas lacrymarum poenitentiae guttulas exprimendi. *Scriverus* in Seelen-Schatz p. II. c. 1. p. 44. addit: ein gerieben Kraut / ingleichen Citronen und Pomerantzen geben nie einen stärckern Geruch von sich / als wenn sie überall verwundet werden: so ists auch mit den wiedergebohrnen Hertzen / wenn es durchs Creutz zerknirscht und verwundet wird / so gibt es die kräfftigsten Seufftzer von sich.

Hinc inscriptio balsami fruticis ex mente *Francisci Raulini* esse potest: IN PRETIO LACRYMAE: qvod et de myrrha dici potest. Sicut enim haec ex arbore secta effluit: similem in modum ex corde humano cultro legis secto doloris poenitentialis guttae, item contritionis ac compunctionis lacrymae promanant Joel. 2. v. 13. ideo hanc inscriptionem meretur: AMARA, SED

SALU-

SALUBRIS. De hac qvoqve seqvens prostat notabile aenigma et hieroglyphicum:

De lacrymis, et pro lacrymis mea coepit origo:
Ex oculis fluxi, sed nunc ex arbore nascor,
Laetus honor frondis; tristis sed imago doloris.

Vel MYSTICA et qvidem (I) tanqvam notae ac signa poenitentiae, ut vocat *D. Balth. Bebelius* in antiqvit. Eccles. p.350. et 746. Felix enim hora, qvando nascitur pro peccatis dolor, et beata lacryma, qvae fluit ex contritionis vehementia circumspecta omni cordis macula. Et *Augustinus* inqvit: holocaustum medullatum est cor peccatoris humiliatum ac qvotidianis lacrymis rigatum. Audiatur *Dav. Glado* in geistl. Reich C. p. 984. wie man zum Waschen Wasser und Seiffe haben muß: also muß man zum Waschen des Hertzens von den Unflat der Sünden das heiße Thränen- und Augen-Wasser wahrer hertzlicher Reue und Leid über die begangene Sünde haben: die Seiffe aber ist das heilige theure Blut J. C. welches uns reiniget von Sünden 1. Joh. 1. Hujus inscriptio esse potest: SORDIDA PELLIT.

Huc spectat locus Jerem. 4. v. 14. ubi in fonte invenitur verbum kabas, qvod proprie lotionem vestium significat, qvasi diceret Deus: Lava tanta cura cor tuum, qvantam soles adhibere in lavandis vestibus, lava lacrymis ardentibus, tanqvam nitro et alumine (Foemellae enim olim nitro utebantur in mundificatione faciei à pustulis, teste *Aristophane*, item vestium a maculis, propter vim ejus absterfivam.)

Ejus-

Ejusmodi lacrymas poenitentiales *Chryſoſtomus* vocat ſpongiam peccatorum, additqve: qvi defłet, delet. *Gregor. Nazianzenus* piorum lacrymas appellat peccati diluvium, *Cyprianus* cognominat nectareas, *Joh. Reichenbachius* in meditat. paſſ. p. 246. jubilum angelorum ac moerorem daemonum, unde *Bernhardus* inqvit: peccatorum lacrymae ſunt angelorum deliciae. Idem Autor nominat vinum angelorum leg. Luc. 15. v. 7. et 10. et exempla c. 22. v. 62. ac Matth. 26. v. 75. ubi Evangeliſta divinusqve Hiſtoricus de Petro dicit ἔκλαυσε πικρῶς flevit amare, à κλάω i. e. frango qvia lacrymae fracto qvaſi animo erumpunt ac fracta voce, crebris ſingultibus interruptis, juxta *Euſtathium* et *Matthiam Martini*: amarus autem fletus vocatur qvia ex animo triſtiſſimo ortus. Hebraei enim amarum dicunt qvod triſte et acerbum, et qvod animum graviter angit, v. g. labor, luctus, et moeror gravis, ut Exod. 1. v. 14. Ruth. 1. v. 20. juxta *Pagninum*: amaritudine me Deus affecit, marar eſt amareſcere, et amarificare eſt triſtitia vel dolore afficere, ſicut amara guſtui ſunt ingrata, exponente ita *Andr. Pruckner*o in vindic. Bibl. in Exod. p. 190. Sic juxta Druſium dies amarus vocatur, qvo aliqvid acerbi alicui accidit, juxta *Dav. Camium* vero tempus illud qvo pater luget amiſſum filium unicum. Plura habet *Andr. Acoluthus* lib. de aq. amar. maledict. infer. p. 56. etc. *Schindlerus* in Lex. pentagl. p. 1032. etc. *Petr. Ravanellus* in Biblioth. Sacr. p. 83. et *Mart. Geier.* Comm. in Proverb. Sal. p. 90.

Eſa. 22. v. 4. lacrymae amarae dicuntur, amare autem flere loqvendi figura eſt juxta *Joh. Gerhardum* in Harm. de paſſ. Chr. p. 291. de lacrymis ſeriis et largis, non ſolum in Graeca, ſed etiam Hebraea, Latina et Germanica lingva uſitata leg. Eſa. 33. v. 7. Interpres Arabicus amare flevit reddidit: flevit amaro fletu, qvia magnus dolor erat, et acris compunctio. *Cornel. à Lapide* ait: qvod Chriſtum Dominum ſuum negaſſet, amaricat cor ipſius, ut amaras funderet lacrymas: Et *Wolfgang. Muſculus* comm. in Matth. in lacrymis Petri vera ac ſeria eſt poenitentia delicti. Non ſolum enim flevit, ſed amare flevit. Nulla autem eſt poenitentia, qvae cor non compungit, nec doloris aliqvid incutit. Non autem lacrymae fuerunt amarae, ſed amarus, qvi eas effundebat, affectus, inqvit *Ambroſius*.

De herbis amaris notum eſt qvod vermes enecent ac expellant, ita Botanici abſinthium, centaurium minus, et tanacetum commendant à virtute vermibus reſiſtendi tam inteſtinorum, qvam veſtimentorum. Haec qvoqve ſymbolum praebent poenitentiae, qvae contritio cordis eſt amariſſima, unde vermes i. e. morſus conſcientiae curantur ac delentur. *Laſſenius* in Perlenſchatz ita: die Würme ſterben durch Bitterkeit: wer bitterlich weinet über ſeine Miſſethaten / wird ſein böſes Gewiſſen in ihm ſelbſt erſticken. Plura leg. apud *Schlemmium* de lacrym. Petri.

Aſt

Aſt Marcus c. 14. v. 72. de Petro ait: ἐπιβαλὼν κλαιε opertus flevit. *Bernardus Lamy* comm. in Harm. IV. Evangeliſt. p. 555. ita explicat: flebat Petrus injiciens, intellige veſtem capiti ſuo, illudqve operiens de more lugentium qvi ſe abſconderunt, ne viderentur. Talis loqvendi formula etiam apud *Iſocratem* legitur. juxta *Salmaſium* enim mos erat olim, viros, qvibus indecens fletus, velato capite ac facie ploraſſe, qvo ſcilicet minus impediti ac copioſius lacrymas effundere poſſent. vid. *Theodorus Beza* comm. in Marc. Sic pictor Timanthes patrem Agamemnonem, dum filiam Iphigeniam ad placandum Numen mactandam in ſacrificio curaret, aſpicientem pictura exprimere haud poterat, ſed velata facie pingebat dicens: moerorem, dolorem et acerbitatem nullo colore, nec penicillo artificioſo delineari poſſe. Domeſtica enim mala majora ſunt lacrymis teſte *Aria Montano* (unde adhuc, ex hoc ritu antiqvo, in patriis moribus eſſe puto, ut in exeqviis Principum ac nobilium cognati proximi, ad qvos funus pertinet, vultum velamento tenui tegere ſoleant, qvod vulgo Vieſier appellitant) juxta *Daſſovium* vero velavit Petrus caput, ut hoc modo omnia objecta poenitentiam impedientia removeret, ac eo attentius flere poſſet, ut totus qvaſi vultus in lacrymis nataret, nec dignum eſſe, ut oculos Chriſti intueretur, indicaret.

Sicqvoqve David, Abſolonis mortem dolens, non publice flevit coram populo ſed aſcendit coe-

naculum portae 2. Sam. 18. v. 33. Decebat enim eum regium et excelsum animum prae se ferre; contra muliebre ingenium est lamentari ac plangere, ex mente *Joh. Maldonati.*

Tria enim apud judaeos erant luctus signa, juxta Hildebrandum in antiqvit. Script. S. p. 92. I. Scissio vestis II. tonsura capitis, III. obtectio vultus. De hac leg. 2. Sam. 15. v. 30. et c. 19. v. 4. Jerem. 14. v. 3. et 4. Esther 6. v. 12. De altero signo, scilicet laceratione vestimentorum, exempla in Sacris XXX. et ultra extant, vid. Job. 1. v. 20. 2. Sam. 1. v. 11. et c. 13. v. 31. etc. etc. Haec fiebat vel manu, vel instrumento, v. g. cultro aut forfice, juxta *Maimonidem*, saepe cum fremitu, qva lugentes animum suum dolore laceratum, et cor confractum ac disruptum testificabantur, vid. *Glassius* in Philol. S. *D. Henr. Mullerus* in Jes. pat. c. 15. et *Casp. Sagittarius* in Harm. pass. J. C. p. 426. et seq. ideo locus lacerationis fuit circa regionem pectoris, qvasi prae tristitia et angore cor ex corpore evellere vellent. Ritus hic apud omnes fere priscos populos in usu fuit, autore *Brissonio*, *Serario*, ac *Fabro Semestrio.*

Tertio non solum vestes sed et comam olim lacerabant moerentes ac lugentes Judaei ac Graeci, maxime foemininus sexus teste *Luciano*, *Bocharto*, et *Alex. ab Alexandro* leg. Amos. 8. v. 10. Ezech. 27. v. 31. et Jerem. 48. v. 37. imo in gravi luctu crines vellebant ac tondebant, vid. Mich. 1. v. ult. Esa. 16. v. 2. et 3. *Geierum* de luct. Ebr. c. 9. et

Qven-

Qvensted. de sepult. vet. p.140. Crines hos evulsos aut abscissos projiciebant in luctu, ut maxime miserabiles viderentur, juxta *Eustathium:* nonnulli eosdem cum tristi vociferatione vel cadaveri imponebant, vel rogo, autore *Joh. Phil. Pfeiffero* in antiq. Graec. l. 4. c. 55. De his et reliqvis luctus ceremoniis C.D. prolixius agam in Tract. meo de MORBIS IN SACRIS LITERIS.

Alii deniqve reddunt ἐπιβαλὼν ἔκλαιε abunde flevit. Επιβάλλειν enim significat etiam adjicere, addere, augere q.d. augens lacrymas flevit qvod et de Davide dicitur 1. Sam. 20. v. 41. vid. *Ludov. de Dieu* animadv. in Marc.

Mittam referre ea qvae habet *Clemens Romanus* in Itinerar, qvod Petrus in consvetudinem duxerit, ut triginta sex annis, qvibus supervixit post Dominicam passionem, semper surgeret in primo galli cantu, oraretqve flendo usqve ad horam matutinam, et qvod tam alte in ejus animo delicti dolor sederit, ut toto vitae tempore, qvoties gallum cantantem audiret, procidens in genua lacrymas fuderit, et peccati sui veniam petiverit, hinc et oculi ejus ex assiduo ploratu apparuerint qvasi sangvine respersi, teste *Nicephoro* l. 2. c. 37. *Cornelius Jansenius* Comm. in concord. Ev. c. 139. p. 240. scribit: Petrus non flevit leviter, sed amare, qvia se graviter et turpiter deliqvisse in Dominum suum agnovit. Caeterum omnia hic mysteriis plena sunt, qvod Petrus, qvi in nocte negavit, in gallicinio poenituerit, qvod secundus galli cantus ei principium fuerit poenitentiae,

qvod non coeperit poenitere, et flere, nisi jam egressus foras. In nocte enim, et ignorantiae tenebris est, qvi peccat, nec potest poenitere et resipiscere, nisi lumine coelestis Solis ei illuscente: inprimis vero gallus, excitator mentium h.e. praedicator Evangelicus debet adesse, et aspectus Domini. Dein grandia peccata gravissimis lamentis indigent, inqvit *Augustinus*.

Miraculum magnum fuit qvod petra ad mandatum Divinum in fontem aqvarum mutata fuerit Exod. 17. v. 6. et Num. 20. v. 11. sed majus certe, qvod adamantinum cor Petri, intuitu Christi, lacrymas effuderit: verum qvos Christus respicit, illi deplorant sua peccata. Plura de lacrymis Petri vid. *Joh. Graesii* disp. pass. p. 321. et 322.

Ejusmodi insignis luctus, amarusqve ejulatus qvoqve fuit Jobi c. 30. v. 31. et amicorum ejus c. 2. v. 12. ubi notanter dicitur: et sustulerunt vocem suam ac flebant, Germani exprimunt: überlaut weinen / *Tremellius* vertit: et attollentes vocem usqve ad coelum plorabant. *Sebast. Schmidius* scribit: qvo major est luctus, eo vehementiores sunt lugentium gestus: *Vatablus* reddit sublata voce plorabant (Sic elevatio oculorum Joh. 6. v. 5. signum est diligentiae in aspiciendo. Ter autem Theologi observarunt Jesum oculos elevasse Marc. 6. v. 41. Joh. 11. v. 41. et c. 17. v. 1.) merito hic exclamandum: lacrymae, ubi estis lacrymae? Thren. 2. v. 18.

Bessaeus in concept. Theol. Tom. 1. p. 285. duo-

rum fontium in phrygia meminit, qvorum alter κλαίων dicitur, i. e. lacrymans, qvia lacrymantes efficit, alter γέλων i. e. ridens, qvia ridentes facit, ex eodem potantes, ubi *Joh. Mollerus* in contin. alleg. profano-ſacr. hanc facit applicationem: wir vergleichen dieſen Brunn dem Worte GOttes/ daſſelbe/ wie es den Sündern offters Thränen aus den Augen drucket/ wenn es ihnen geprediget wird/ und machet daß ſie ihre Sünde bereuen und beweinen/ wie David 2. Sam. 12. v. 13. und Maria Magdalena Luc. 7. v. 38. alſo hin wiederumb tröſtet es alle Betrübten und machet ſie freudig in ihren Hertzen Jerem. 15. v. 16. ut et *Philip. Ericus VViderus* p. 468. wenn ein Röhr-Brunn nicht Waſſer giebt / ſo ſchüttet man oben Waſſer hinein: thu du ihm alſo/ nimm die Thränen deines HErrn JEſu und ſchütte ſie durch fleißige Betrachtung in dein Hertz hinein/ alsdenn wird dein Augen-Brünnlein anfangen von Buß-Thränen zu fließen.

De muliere hac poenitenti eleganter disserit *Thom. VVatſon* in geiſtr. Schrifften p. 18. h. v. ihr Hertz war ein geiſtlich diſtillir-Glaß/woraus dieſe Thränen herab troffen/ ihre Thränen waren köſtlicher / nach Chriſti Urtheil/ als ihre köſtliche Salbe/ ſie ſeyn von ihr als ſo viel Perlen herabgetroffen. Ihre verliebte Augen / welche als Feyer-Flammen waren geweſen die Hertzen ihrer thörichten Buhler anzuzünden / ſind geworden Thränen-Qvellen / ſich an denſelben alſo zu

 rächen.

rächen. Ihre Haarlocken / welche Circkel weise gekräuselt / und vielen so viel Netze und Stricke gewesen waren dieselbe zu verstricken und zu fangen / sind geworden eine Handqvel Christi Füße abzudrucknen: also ihr Sünder / ist euer Hertz wegen der Sünden zu Thränen zerschmoltzen / GOtt versiegelt die Vergebung der Sünden allein im zerschmoltzenen Hertzen *Cornel. Jansenius* Comm. in concord. Ev. c. 48. p. 314. inqvit: non existimandum tantam mulieris hujus fuisse lacrymarum copiam, ut potuerint pedes Christi his lavari, velut in situla, sed saltem ut per eas pedes Domini fuerint humectati, unde notanter dicitur, qvod rigaverit pedes Jesu, non qvod laverit *Scriverus* in Safft und Krafft p. 199. scribit: wie die Pulß-Ader an Menschlichen Leibe nimmer stille ist / so soll unser Geist immer seuffzen und nach GOtt verlangen. Also legte sich die Bußfertige Sünderin zu den Füßen des HErrn JEsu / schwieg ihr Mund / so redeten doch ihre Thränen und Seuffzer et p. 208. Aus den Wunden fließet das Blut / und aus den zerknirschten Hertzen kommen die Seuffzer und Thränen / welche nach den Wunden JEsu sich sehnen. Mulieri huic competit lemma seqvens: GAUDET AMOR LACRYMIS. Qvemadmodum enim calx aqva conspersa ebullit et accenditur: Sic foemina haec lacrymis suis immersa divini amoris incendio in Salvatorem plurimum exarsit.

Autor p. 334. pergit Ein vornehmer Natur-

kündi-

kündiger hat observiret daß nichts zu finden / welches das Feuer so bald könne auslesch en als Saltz und Blut: gewißlich die gesaltznen Thränen der Bußfertigkeit/und das Blut Christi werden das Höllische Feuer vor ein Kind GOttes ausleschen. Porro p. 565. die Thränen / welche aus einen Bußfertigen Auge rinnen / sind wie das Wasser welches aus den Rosen trieffet / sehr köstlich und angenehm vor GOtt. Cabinet-Thränen sind beßer als Hoff-Musicen. Davids Thränen machten eine Music in GOttes Ohren: der HErr höret mein Weinen Ps. 6. v. 9. wenn das Hertze traurig ist / verursachet die Thränen Vergiessung Lufft und Erleichterung. et p. 566. die Thränen / so ein Kind vergießt / bewegen offtmals den erzürneten Vater daß er des Kindes verschonet: Bußfertige Thränen erweichen GOttes Hertz / und binden seine Hand/ unser weinen über die Sünde hier/ wird den weinen in der Höllen zuvor kommen. Ein Artzt kompt offt des Patienten Tod zuvor durch öffnung einer Ader: also kommen wir durch Buß-Thränen dem Tode unserer Seelen vor. et p. 568. heilige Buß-Thränen beschirmen uns wider die Anfechtung des Satans. Diese Anfechtungen werden genannt βέλη πεπυρωμένα Feurige Pfeile. Ephes. 6. v. 16. weil sie die Seele in der That ins Feuer setzen: aber die heilige Buß-Thränen Wasser löschen aus diese feurige Pfeile. Nasses Pulver wird so leichtlich nicht

angezündet: das Hertze mit Buß-Thränen genetzet und begossen wird von Feuer der Anfechtung so leicht nicht entzündet.

Idem Autor in Abbildung eines Heiligen p. 279. inqvit: in den Feldern bey Patermo wächset eine große menge Rohr / in welchen eine große Süßigkeit ist: also in einen Bußfertigen Hertzen/ welches ein zerbrochen oder zerstoßen Rohr ist/ wächset die Zucker-süße Freude des Geistes GOttes. GOtt verändert das Thränen-Wasser in Trauben-Safft / welcher des Menschen Hertze frölich macht.

Hieron. Lauretus in Hort. florid. allegoriar. Script. S. p. 123. scribit: aqvae maris rubri significare possunt lacrymas poenitentiae, aqvae Arnon lacrymas compassionis, aqvae vero jordanis lacrymas cupientium dissolvi, et esse cum Christo.

Non solum autem lacrymae poenitentium vinum sunt angelorum; sed etiam Dei deliciae ac vinum Christi, ita enim *D. Müllerus* in Erqvick-stunden p. 139. loqvitur: der Wein erfreuet des Menschen Hertz / wenn es matt ist / und unsere Thränen laben JEsus Hertz wenn es traurig ist.

Joh. Sam. Adami in tröstenden Priester p. 393. scribit: der Garten des Gemühts kan mit nichts beßer als mit Buß-Thränen genetzet und befeuchtet werden / so wachsen denn allerhand Tugend-Blumen darinnen. Die Buß-Thränen führen einen gewaltigen Gewinn mit sich: mit

Thränen

Thränen besänfftiget der Sohn den Vater/ mit Weinen erweichet das Schoß-Kind die Mutter. Bey einen frommen büßenden Sünder werden aus den Sonnenschein der Freuden/ und Strahlen der Wollust lauter Tropffen der Bekümmernüß und Reue. Wird eine Kirsche gedruckt/ so spritzt sie ihr Blut von sich: also gehets mit einen Hertzen so von der Sünde und GOttes Zorn gedruckt wird. Warme Lufft giebt warmes Wetter/ und weiches Hertze nasse Augen. Consulatur *Bessaei* Heraclitus Christianus seu lacrymae animae peccatricis, et *Anton. Stedingius* in C. pass. de lacr. Petri. p.70.

Joh. Lasicius in Theol. Moscovit. qvaerit: cur Christus Petrum ter compellaverit post resurrectionem: pasce oves meas Joh. 21. v. 15. 16. 17. et respondet: qvod toties illum abnegasset hôc initium poenitentiae omnibus ostendens. Seu videtur Dominus dare locum Petro, ut trina professione emendaret trinam negationem (qvanqvam *Theophylactus* id factum fuisse putat ad declarandum, qvanti oves suas faceret, qvas Petro nollet committere, nisi ter examinato. *Bernhardus* vero ac *Lyra* ob triplicem pascendi modum, mente scilicet sive precatione, ore seu praedicatione et opere seu exemplo.)

(II) Lacrymae sunt tanqvam symbolum precum ardentium 1. Sam. 1. v. 1. Oratio enim cum lacrymis evehit in coelum orantem ait *Chrysostomus*, maxime tempore calamitatum ut Esa. 38. v. 2. 3. 5.

Judith. 13. v. 6. leg. *Augustinus* l. IX. confess. c. 6. et l. x. c. 33.

It. Ps. 39. v. 14. et Ps. 6. v. 7. ubi dicitur de Davide qvod stratum suum lacrymis laverit, in Hebraeo, natare fecerit, qvo indicatur lacrymarum indies profusarum copia, hinc nonnullis gemmae dicuntur oculorum, et condimentum orationis optimum, leg. *Joh. Pierius* in Hieroglyph. p. 521. Lacrymae vehementis doloris et afflictionis, aeqve ac affectus sunt signum, qvare orationes lacrymis conditas, et qvasi armatas Deus exaudire solet Tob. 12. v. 12. sicut lacrymae infantis movent cor et viscera matris, ut ab ea impetrent, qvicqvid petit.

Elegantia verba hic habet *Chrysostomus*: respice lectum Davidis, in qvo tanqvam margaritae super subsellia per singulas noctes erant congelatae Prophetae lacrymae. Sic secundum peccatorum proportionem sint tibi lacrymae. Nam si magnus est lapsus tuus, major lacrymarum tuarum torrens esse debet. vid. *Häydwardi* lacrymae Davidis. Ein feichter Grund ist am fettesten: die Seele welche in Thränen gedunckt und feucht gemacht worden / ist am fruchtbarsten. Davids Gnaden Gaben blüheten nimmer beßer als wann er netzete sein Lager mit Thränen. Wenn in einen Baum gestochen wird / und er Gummi oder Thränen heraus läßet / dann ist die Frucht süßer. Der Christ / welcher wegen seiner Sünden in sein Hertz gestochen wird / daß er häuffig Thränen

Thränen vergeusst / träget die süsseste Früchte: denn die Nässe ist ein Mittel zur Fruchtbarkeit.

Et *Petrus Damianus* ait lacrymarum mador animam ab omni labe purificat, et, ad proferenda virtutum germina, nostri cordis arva foecundat. Sicut panis esurientem, sic lacryma reficit animam dolentem. Deficit esuriens sine pane, lacerata languet anima sine lacrymarum effusione.

In lacrymis poenitentiae est odor vitae, sapor gratiae, sanitas redeuntis innocentiae, reconciliationis jucunditas, et serenae conscientiae svavitas, inqvit *Bernhardus*, et *D.D. Deutschmannus* in dissert. pass. p. 119. Lacrymae poenitentiae sunt poenitentiae testes, contritionis interioris indices, et misericordiae divinae, vel remissionis peccatorum augures.

Nebemias Rögerus lacrymas vocat indices ac signa conversionis, eo fine oculis inditas, qvia sensu visus plurima committuntur peccata.

Hilarius lacrymis mutis suam qvoqve vocem tribuit, dum inqvit: oratio non tam verborum est, qvam affectuum. Der Schlüssel des Gebeths mit Thränen geschmieret schleußt das Hertz auff von allerley Unvergnügen / inqvit praedictus *VVatson.* ideo per aqvam effusam coram Domino 1. Sam. 7. v. 6. copiosas lacrymas denotari *Tremellius* in notis putat. Ceremonia enim legalis fuit juxta *Vinarienses* qva aqvas fundendo repraesentarunt peccatorum remissionem a Deo precibꝰ seriis cum lacrymis impetrandam. Precum enim lacrymae

mae sunt balneum animae. Qva de materia in *Tract. meo DE POTIONIBVS SACRIS* differam.

Praeterea in Pandectis Sacris lacrymae animi dolorem et afflictionem per metonymiam saepe indicant, et notanter cibus vocantur Psalm. 42. v. 4. qvae verba ita explicat *Ambrosius*: nullus cibus tam dulcis est, qvam lacrymae, et *Bernhardus*: lacrymae poenitentium dulciores sunt omnibus mundi laetitiis. Qvemadmodum enim saccharum solutum est dulcissimum: Sic qvando christianus in lacrymis liqvescit, dulcissima gaudia sentit. item *Qvirsfeldius*: Bedencke was das für ein herrlicher confect ist/das auff Fürstliche Taffeln nicht allezeit gesetzet wird: Deine Speise ist mit lauter Zahlperlen bestreuet/ das ist eine köstliche Würtze.

Dum enim lacrymae genis defluunt, cibis interdum commiscentur, ideo non solum cibus nominantur, sed etiam potus Ps. 102. v. 10. Tam large namqve per genas fluentes non possunt non guttulae aliqvae calici labiis admoto illabi, et admisceri. Proinde *Matth. Flacius* in clav. Script. S. p. 23. dicit afflictos lacrymis cibari ac potari, dum defluentes ex oculis, per os non raro devorentur à lacrymantibus, et qvoniam valde moestis non admodum libet cibis vesci.

Henr. Mollerus praelect. in Psalm. p. 715. ita exponit: cibari pane lacrymarum, significat tantum esse dolorem, ut lacrymae assiduae illis pro cibo et potu sint, h. e. se confectos esse dolore et luctu, us-

qve

qve ad summam satietatem. *D. Erhard. Schnepfius* comm. in h. l. p. 282. addit: tali convivio Deus excepit suos, ut loco cibi sint lacrymae. Amarissimum hunc cibum lacrymarum nobis ut medicinam qvandam praebet. Nam suo tempore convertuntur in gaudium. leg. etiam *Salomon. Gesnerus* Comm. in Ps. et *Job. Olearius* in der Bibl. Erkl. h. l. Die Thränen Dama, da immer eine Thräne an der andern hanget / sind meine Speise oder Brod lechem, und alß ein Strohm damit ich geträncket werde.

Deinde qvando addit David: lacrymae meae fuerunt panis die ac nocte, *Symmachus* vertit: ὡς ἄρτος συντάξεώς μου tanqvam panes dimensi mei vid. *Nobilius* in not. in h. l. Apud antiqvos enim mos fuit, singulis mensibus cuilibet ministro dimensum certum pro alimonia dare, autore *Mart. Chemnitio* in Harm. Ev. l. 4. part. post. p. 379. Qvod σιτομέτριον vocabant, qvod et in amplis familiis aulisqve certis adhuc hodie observatur, de qvo Lucas loqvitur c. 12. v. 42. tali dimenso David eleganter comparat suas lacrymas.

Lacrymas has dictas omnes Deus curiose colligit Ps. 56. v. 9. qvasi in utre, in qvo Orientales vinum et oleum asservare solebant, (de qvo in Tractat. meo *DE GUMMI BIBLICIS* C. D. sum acturus) et qvidem ad morem Veterum, qvi lacrymas cognatarum certis vasculis vitreis (ut scilicet lacrymarum mensura eo facilius nosceretur) pyriformibus, lacrymatoriis dictis, ex vitro caeruleo paratis juxta

Misan-

Misandrum in corn. cop. P.II.p.64. excipiebant, ac una cum cineribus mortuorum in sepulchris recondebant, interdum qvoqve in funere ossibus superfundebant, qvod attestatur *Janus Gruterus* p.692. num.10.

Aliae vero urnae erant sepulchrales, nempe vascula illa et receptacula, in qvibus cineres defunctorum includebantur, qvae privato nomine cineraria appellabuntur, et pro hujus vel illius facultate ac conditione pretiosae erant, vel viles, v. g. aureae, argenteae, aeneae, cupreae, marmoreae et fictiles de qvibus consulatur *Joh. Kirchmannus* l. 3 de fun. Rom. c. 8. in magnatibus erant aureae, in mediocris fortunae viris argenteae, in plebeculi vero fictiles: Sepulchrales autem urnae erunt majores, qvae hinc inde adhuc in Germania saepe effodiuntur vid. *Misandri* delic. Bibl. p. 343. et seq sicut lacrymatoriae phialae minores, de his leg *Franciscus Peruccius* de pomp. funebr.

Ejusmodi duae ollae sive urnae Argentinae in technophylacio monstrantur, teste *Geiero* de luct Ebr. c. 12. nec non in gazophylacio antiqvitatum exoticarum *Dnae Laurentiae de Adlersheim* Lipsia reservantur. Tale vasculum qvoqve describit *Olaus VVormius* l.4. rer. Danicar. c. 1. et 7. *Cotovicus* l. 1 itin. Hierosol. c. 10. *Joh. Bapt. Casalius* l. 1. de profan. Rom. rit. c. 26. *Airinghus* in Rom. subt. p. 298 et *Jac. Gutherius* l. 1. de jur. manium c. 28. item *D Sam. Ledelius* urnas has variis lineis ac figuris pictas habet v. g. clypeis aliisve: color vero externu

partim

partim luteus, cinereus, gryseus, partim ad nigredinem vergens.

Aliae erant politae, aliae non item, qvaedam circulares cum duabus ansis parvis, aliae absqve ansis, qvaedam colla habebant longiora, qvaedam breviora, qvaedam urnae erant coopertae et clausae, qvaedam absqve operculo. Harum materia nonnunqvam aes erat, aut vilius argentum, erant praeterea vitro viridi incrustratae (von grünen Schmeltz.)

Materia vero urnas hasce replens fuere ossa comminuta, prunae, arena cineribus commixta, ossa combusta admodum comminuta, ita ut, qvicqvid fuerit, vix dignosci potuerit, particula tamen cranii, costae, et molae aliqvando visa. Conqvirebant nimirum cineres, postqvam cadaver deflagrarint, urnaeqve indebant nono die, licet non omnes, qvia urnae non erant adeo capaces, ossium qvoqve relictas particulas exiguas vino lavabant, et cineribus addebant.

Varias qvoqve figuras offendes in *Jacobi à Mellen* historia urnae sepulchralis Sarmaticae, in *Laurent. Begeri* thesaur. Reg. et Elect. Brandenburg. Volum. III. ac *Joh. Georg. Graevii* Thesauro antiqvit. Rom. Prope urnas vero has annuli metallici nonnunqvam fuere inventi, interdum cultri curvi, interdum nummi argentei.

Silentio praeteribo veteres defunctorum urnas qvotannis rosis, aliisqve e floribus ac condimentis spargi ornariqve solitos, qvod ex descriptionibus antiqvorum marmorum patet. Serta vero

illa speciatim ex apio herba fuere parata, teste *Carolo Paschalio* l. 4. de coron. c. 6. *Joh. Cunrado Dieterico* dissert. de sparsion. flor. et *Joh. Nicolai* in tract. de phyllobolia p. 121. Qvare olim nefas erat apium in cibum admittere, juxta *Chrysippum* et *Dionysium* Medicum, cum in defunctorum epulis feralibus illud usurpare, eorum tumulos apii foliis sternere, urnas et monumenta eodem coronare, coronasqve sepulchrales ejus ex foliis parare solerent, inde adagium: Apio indiget, ortum, qvod de desperate decumbentibus, et in extremo vitae periculo versantibus dicitur.

Nec verba faciam de ossilegii ritu in funere. Post cremationem enim olim cognati et amici ossa cremati colligebant, magnaqve cura in aeneam, auream, argenteam, vel marmoream urnam recondebant: Collectores nigra veste erant induti, in ossa haec immittebant odores et aromata, ac tandem lacrymas, uti hunc ossilegii ritum describit *Tibullus*.

Nec loqvar de vasculis sangvine martyrum repletis, qvae qvoqve cum iisdem sepeliebant.

Fusius urnarum materiam pertractatam vid. in *Tract. meo DE SENIO SALOMONAEO*, locumqve Ps. 56. v. 9. qvae verba LXX ita reddiderunt: ἔθȣ τὰ δάκρυά μȣ ἐνώπιόν σȣ posuisti lacrymas meas in conspectum tuum. Rabbini docent, si qvis lacrymas fundit, eas minime extergat, sed super genas emanare sinat, qvod Deus vase supposito omnes excipiat leg. *Buxtorf.* in Synag. jud. c. 8. p. 148. *Henr. Moellerus* praelect. in psalm

pſalm. in h. l. p. 470. ita ſcribit: illuſtris eſt deſcriptio providentiae divinae his in verbis, qvae digna eſt obſervatione: adeo id non indignum judicare Deum ſua majeſtate, ut etiam ſingulos greſſus numeret, ac pilos Matth. 10. v. 30. lacrymasve non aſpernatur, ſed colligat tanqvam pretioſas, harumqve conſpectu flectatur ad opem ferendam.

D. Erhard. Schnepfius comm. in h. l. p. 47. ita diſſerit: Deus habet vaſculum, et in eo ut gemmas, vel ut guttas pretioſi balſami excipit lacrymas, et non tantum ſervat, ſed etiam numerat, ut gemmae numerantur ac clinodia. Hoc indicat Deum habuiſſe omnes miſerias Davidis notas, et ita pretioſas lacrymas in Dei conſpectu fuiſſe, ut haberet in numerato.

Caſp. Cruſius in templo honoris juſtorum Brunſvicenſ. p. 251. ita: Einen koſtbaren Wein faßet man in einen Schlauch / einen güldnen Schatz in einen Beutel: ſo ſamlet GOtt unſre Thränen auff / als ein köſtliches deſtillirtes Waſſer / ja als lauter vortreffliche Perlen / und verwahret ſie wie ein Heiligthum. Ein jedes Thränlein der Frommen / nach Auſſage der Gottſeeligen Alten faßen die Engel GOttes in güldne Schalen auff / und ſchreiben es mit großen Buchſtaben in Himmel an / das heißt Thränen geſäet und Perlen geerndet Pſ. 126. v. 5.

Qvod etiam confirmat *B. Lutherus* in cap. 41. Geneſ. leg. qvoqve Eſa. 38. v. 5. et Tob. 7. v. 13. nec

non *Scriverus* in Seelen-Schatz P. IV. p. 1384. h. v. es ist lieblich anzusehen wie die Sonne einen Regenbogen machet / und sich in den Tropffen / die aus den Wolcken in unzehlbarer Menge herunter fallen / spiegelt und bildet: Viel köstlicher aber ist es zu bedencken / daß sich die Güte und Liebe GOttes in den Thränen der Gläubigen gleichsam bildet / und dieselbe so köstlich machet. Et in appendic. l. 4. p. 261. alles Flehen Seuffzen und Weinen der Gläubigen wird in Himmel protocolliret, was sie reden und fürtragen / wie viel Seuffzer sie dabey thun / wie viel Thränen sie dabey vergießen.

Ut et *Augustinus*: Non cadunt in terram lacrymae piorum, qvia verax est ille, qvi dixit: posuisti lacrymas nostras in conspectu tuo. Ac *Gotthold* in Sieg- und Siegbette P. 1. p. 331. ein reisender Jubelierer verwahret seine Edelgesteine und Perlen in einen Sack oder Felleisen: also ist GOttes Allwißenheit gleichsam der Sack / darinnen er die Thränen seiner Heiligen samlet / und sie genauer / als ein Jubelierer seine Perlen verwahret.

Sic qvoqve *Macarius* lacrymas pretiosis unionibus comparat. Nec non *D. Christ. VVeidlingius* in der Orator. Schatzkammer / inqviens: wann der Leib weinet / so lachet der HErr JEsus die Seele an / als seine Braut / und ihre Seuffzer sind lauter Küße / die sie ihm in Demuth giebet: unsere Thränen sind nicht verlohren / sondern

in GOt-

n GOttes Hand gesamlet/ und werden uns
zum Schmuck im Himmel behalten.

Vel deniqve lacrymarum contemplatio est MEDICA, ut h. l. qvatenus sunt guttulae aqveae, ex massa sangvinea in oculos derivatae, ex iisqve per animi perturbationes, maxime per tristitiam, in animo concitatam, exclusae.

Naturaliter, ut omnes omnium partium membranae semper madent, ita etiam oculorum tunicae bibula sunt corpora, madore nunqvam destituta, qvi ex ejus vasis tenuibus sudando exit, easdemqve humectat, ne nimio motu exsiccentur. Qvod si vero serum hoc copiosius sit, vel à causis internis nimium moveatur, et extra oculos decidat, lacrymarum nomine venit.

Tandem ingeniosissimus *de la Chambre* charact. des passions lacrymarum nomine comprehendit suspiria, qverelas et ejulatus, motum itidem gestumqve partium, dum emittuntur, cum tamen omnino inter se differant. Sic κλαυθμοὶ non significant lacrymas vulgares, sed ploratus minus usitatos, ac ejulatus continuos, ut Matth. 2. v. 18. Actor. 20. v. 37. qvalis est damnatorum in inferno Matth. 22. v. 13. et c. 24. v. 51.

Deinceps non omnes infantes plorantes, maxime recenter nati, lacrymas simul effundunt, qvoniam nondum animi aegritudinem, sed saltem corporis dolorem sentiunt, ergo, accuratius loqvendo, non lacrymantes sed ejulantes vocandi sunt, aut potius vagientes, prout multis

docet *Joh. Talentonius* in thesaur. rer. recondit. l. 1. c. 22. p. 209. Etenim praecox risus lacrymaeve ante qvadragesimum diem maxima ex parte haudqvaqvam iis conceduntur vid. Enneas muliebris *Ludovici Bonacioli* p. 295. interim in lata ac vulgata significatione vagitus pro lacrymis sumitur.

CAPUT II.

DE *LACRYMARUM ORIGINE.*

SUnt autores, qvi sentiunt ex felle conturbato prodire lacrymas, cui opinioni liber primus de mirabilibus sacrae Script. c. 16. *Augustino* adscriptus, consentit.

Nonnulli arbitrantur speciem qvandam sudoris esse, qvod Plutarchus attigit.

Qvidam lacrymarum exortum ex corde ducunt, et qvidem partim ab aqva pericardii, partim a vaporibus circa cor collectis, et cordis constrictione, prae tristitia facta, ad cerebrum missis, ubi ejus frigore condensantur, et in aqvam resolvuntur: cujus opinionis fautor est *Meletius* ac *Gregorius Nyssenus.* Qvando cor contrahitur, et in se qvasi refringitur, lacrymas fieri statuit *Magirus.*

Verum cum sententia haec dudum sit explosa I. propter aqvae pericardii paucitatem, atqve inopiam, et lacrymarum copiam. II. qvia nullae inde ad oculos particulares viae patent. Etenim vapores non ritu nebulae per gulam in caput surgunt, in cerebro et ejus ventriculis colliguntur,

ac re-

ac resoluti exinde in oculos stillant, sed sangvini insunt, et, si ascenderent, per os et nares iterum excluderentur, qvia os cuneiforme, ac cribriforme est interjectum, ejusqve foramina vasis arctissime repleta ac clausa, dura mater etiam prohibet, prout Excell. *D. Schneiderus* in Tract. de osse cribriformi prolixius ostendit: nil dicam de centro diaphragmatis densiore obstante.

Veteres impexi cerebrum catarrhorum fontem, ejusqve ventriculos anteriores colluviei serosae ac conseqventer lacrymarum habitaculum esse asserunt: ast sententia haec satis castigata est à *Schneidero*, Medicinae reformatore celeberrimo, in aureis de catarrhis libris. Oculorum, narium, et faucium excreta non e cerebro, qvod purissimum, oriri, nec convenientia excrementorum receptacula, nec apertas vias habere Neoterici deducunt, sed per carotidum arteriarum extremitates eo deferri putant, utpote totius corporis excrementa.

Error inde ortus fuit, qvod illi arbitrati sint sangvinem in corpore humano stagnare, ac qvietum esse, hinc putarunt qvodvis viscus peculiarem habere sangvinem, et conseqventer peculiaria recrementa.

Qvod si enim redundarent et colligerentur excrementa in intimo cerebro, omnis catarrhus summum vitae periculum inferret, hac ratione qvoqve nihil differrent catarrhus, epilepsia, et apoplexia. Notum enim est qvam acres saepe sint lacrymae, ut non tantum palpebras et subjectas

oculi partes; verum etiam membranam, pupillam ambientem, exedant, teste *Hippocrate* de vet. medic. qvanto magis illae cerebro molli, vel ejus meningibus, vel nervis extremam perniciem afferre possent?

Si vero in cerebro generarentur, aut coacervarentur, qvanta, qvaeso, noxa cerebrum, cerebellum, nervos, ac principium spinalis medullae afficerent, qvantisve aegritudinibus truculentis ansam fomitemqve praeberent?

Deinde ventriculi hi non sunt consilio naturae ad recipiendos pituitosos humores formati, sed casu, scilicet ex conditione partium adjacentium. Cerebri namqve partes jungi non possunt, nisi inter eas cavitas relinqvatur, ex necessitate igitur potius, qvam ulla naturae intentione oriuntur hi ventriculi, hinc aves in cerebro nullum talem habent, ut patet in ansere et cygno, autore *Harveo*.

Structura cerebri est artificiosa et admiranda, hoc in artificio sudarunt Anatomici antiqvi, et, à particularum cerebri variarum similitudine, varia illis particulis nomina imposuerunt, et officia, seu usus finxerunt varios. Sic error errorem duxit: qvae natura casu facit, ac consilio, bene distingvi debent, hinc particularum harum, et singularum usum qvaerere peculiarem, nullius est necessitatis, potius temeritatis.

Deniqve ventriculi hi in antica parte non sunt pervii, nec in os cribriforme, nec in oculos hiant, annotante *Varolio* et *Vesalio*, ergo exinde nec excremen-

crementum serosum, nec lacrymae dispensantur. *Steno* eqvidem peculiares ductus à cerebro ad oculos tendentes fingit, liqvorem hunc derivantes, sed, inventu non adeo faciles ac incognitos esse, ipse fatetur. vid. *Act. Haffniens.* Volum. II. observ. 131.

Nec per nervos à cerebro ducuntur lacrymae ad oculos, ut putat *Gvilielm. Placentinus de Saliceto*, *VVarthonus* et *Heurnius*, qvia cavitate destituuntur, nec vehicula sunt seri, sed spirituum animalium, alias vehementer ab ejus acredine laederentur. Inprimis nervus opticus duabus membranis involvitur, qvarum altera ex dura, altera ex tenui membrana enascitur, ex his, et musculis adjacentibus qvomodo humor se penetrabit? si humor à pericranio manat, impetumqve facit in palpebram superiorem, et simul in inferiorem, is in orbem eat oportet. Cur non musculi temporum et frontis tunc tument? Cur non genae simul distenduntur humore illo tam prono ad decursionem? verba sunt *Schneideri* de catarrh. oculorum p. 17.

Porro nec humiditas ista lacrymosa per compressionem cerebri in oculos manat, velut qvondam statuerunt *Franciscus Tidicaeus*, *Nicol. Biesius*, *Paparella*, et *Bauderonius*.

Aliqvi oculos fontem lacrymarum esse existimant ex Jerem. 9. v. 1. Hebraei enim omnem scatebram fontem appellant, ut Levitic. 20. v. 18. Leg. *Calovii* Bibl. illustr. in N. T. p. 494.

Non autem ex pressura musculorum oculo-

rum ejiciuntur, ut *Angelutius* prodidit, ac *Joh. Matth. de Gradi.*

Nec per venas in confinia oculorum feruntur, ſicut *Petr. Pauus Petr. de Largelata*, *Joh. de Tornamira et Simoneta* aſſeruerunt. Etenim doctrinae circulationis ſangvinis repugnat, juxta qvam venae potius vim ab oculis revehendi, qvam advehendi ad illos habent.

Nec proſiliunt per puncta lacrymalia, in palpebris tam ſuperioribus qvam inferioribus conſpicua, in qvolibet angulo duo, à *Fallopio* ita dicta, qvod transmiſſioni lacrymarum inſerviant, ſed falſo, qvia ſunt exigua et anguſta, imo inania, nec in hominibus lacrymantibus ampliora, nec ulterius tendunt, ſed inter ſiccas palpebrarum membranas terminantur, qvod immiſſa ſeta probari poteſt: contra in bovis mactati palpebris magis ſunt conſpicua, his vero lacrymas tribuere abſonum eſſet, et ab omni prudentia alienum. Palpebris igitur inſculpta ſunt majoris levitatis ac mobilitatis gratia, qvem in finem etiam cutem palpebrae tenerrimam absqve pingvedine adeptae fuerunt.

(Aliud vero eſt foramen lacrymale, ut à plebe vocatur, rima ſcilicet illa, ſeu ductus ab oculis ad nares, cujus beneficio oculis contenta ſuperflua per nares effunduntur, et lacrymantium nares ſaepius emunguntur, de qvo leg. *Andernacus* de medicin. veter. ac nov. p. 104. *Schneiderus* lib. 2. de catarrh. p. 441. et *D. Joh. Bohnius* in circul. Anatom. Phyſiol.

siol. p. 136. Cavitas haec qvia intus membrana vestitur, appellatur fistula membranacea.)

Non loqvar jam de vasis lymphaticis detectis, puram putam aqvam vehentibus.

Nec de ductibus, seu ostiolis, seu foraminibus multis palpebrarum (ultra XXX) lacrymalibus dictis, à *Meibomio* inventis, ac simul à *Borrichio* notatis, qvae depicta vide in *Bartholini* Anatomia reformat. p. 510. ac descripta p. 512. qvorum mentionem facit *D. D. Bergerus* in Physiolog. p. 238.

Nec de ductibus novis oculorum ex observ. Anatom. et observationum specimine *Nic. Stenonis* de qvibus leg. appendix ad *Veslingium* P. XVI. p. 478.

Nec latet me recentiorum opinio de glandulis oculorum lacrymalibus, constrictis, e qvibus serum exprimitur, tanqvam e rirulis lacrymalibus, sed insufficientes existunt. Etenim perexiguae sunt, multamqve humiditatem in se coacervare neqveunt, imo ne vicesimam qvidem lacrymarum partem, qvae tantillo temporis spatio à nonnullis profunduntur. De usu harum leg. *VVedelii* Exerc. Medico-Phil. Deced. I. p. 57. etc.

Idcirco vestigia hic potius fideliter premam Magnif. *D. D. Schneideri*, Praeceptoris mei, etiam in cineribus venerandi, qvi massam sangvineam tanqvam Oceanum, seu fontem lacrymarum, et arterias ejusdem ceu canales defendit.

Interim puto opiniones duas ultimas ex parte conci-

conciliari posse, cum glandulae nihil aliud sint, qvam extremitates, convolutiones, et complicaturae vasorum capillarium, varia complicatura, instar pampiniformium, contortae, juxta *Malpighium*, et *VVillisium*, humores à massa sangvinis secernentes, nec non mollia arteriolarum fulcimenta, ad stabiliendas divaricationes, ne premantur, ac simul earundem propugnacula, ne à violentia qvadam laedantur.

(Incidenter hic annectam pauca de glandula in altero oculorum cantho, pingvedine oculi, et musculis obsepta, Narderiana lacrymali dicta à *D. Nebelio* in Miscell. Cur. Germ. ann. III. Dec. III. observ. 291. descripta et depicta, qvae tradit *D. Mich. Bernhard. Valentinus*, qvod ex oculis porcelli adhuc lactantis assati protracta odorem et saporem moschi exactissime referat, id qvod multoties observavit.)

Accurate vero loqvendo status controversiae in eo versatur, qvod *Gvalterus Charleton* in Exercit. physico-anatom. p. 117. cum recentioribus elisionem hanc et secretionem lacrymarum fieri asserat ex glandulis oculorum, ac palpebrarum miliaribus per colaturam, nec non *Reiselius* per filtrationem, *Schneiderus* vero ex arteriis per exsudationem. Sunt enim lacrymae oculorum qvidam sudor, prout expresse ita appellantur à *Franc. Vallesio* comm. in aphor. Hipp. p.645. qvia sudoris in modum guttatim profunduntur, aut sudori germanus liqvor juxta *Platonem*, *Aristotelem et Theophrastum*. Eodem

dem modo sicut urina sudor renum vocatur, qvia non nisi loco excretionis differunt vid. *D. D. Bergeri* Physiolog. Medic. p. 194. Hinc qvi exercentur multum, moventurqve rapide, sudare solent, atqve, si humidi sunt, oculis etiam lacrymari. Similiter in angustia atqve cordis afflictione nimia homines non flere solum, sed et sudare solent.

Et qvidem manant lacrymae de oculorum communibus tunicis, maxime vero de novissima membrana, qvae adnata vocatur, et album oculi ab *Hippocrate*: haec subtilis est, hinc per eam lacrymae vasis facile ac cito exeunt. Qvamprimum enim oculi leviter saltem fricantur, evocantur statim, non longo itinere ex intimis cerebri, sed ex oculi membranae vasis discurrentibus, qvae minora sunt, ac qvam plurima, et propagines ac extremitates arteriarum carotidum: nimirum unda undam trudit, et gutta guttam pellit continuis pulsibus, perinde uti arte hydraulica aqva per varios ductus hinc inde vehitur, et aqva aqvam propellit, unde ex animi motu aperiuntur vasculorum horum oscula, serumqve elicitur, sangvis vero de oculis per venas iterum ad cor remeat.

Sic qvoqve arterias memorat *Savonarola Gvil. de Saliceto*, *Ingrassias*, *Vidus Vidius etc.* Arteriarum vero harum extremitates lacrymas transudare patet ex eo, qvod interdum lacrymae sint sangvinolentae, vid. *Gothofr. Moebius* in epit. instit. med. p. 14. Huc pertinet exprimentum *Loveni*

vveri lib. de corde c. 2. ubi ligatis venis jugularibus lacrymas copiosius fluere demonstrat.

CAPUT III.

DE *LACRYMARUM MATERIA.*

NOnnulli asserunt, humores aqvatos, qvos vocamus lacrymas, esse oculorum nutrimentum, ut *Stephanus Atheniensis*, sed absurde, alias enim in diuturna lacrymatione oculi atrophia afficerentur, ac consumerentur, qvod est contra experientiam.

Alii oculorum excrementum privatum ac tenue, in pingvedine detentum; ut *Hieron. Fabric. ab Aqvapendente*, ac cerebri compressione elidi credunt, ut *Nic. Biesius et Guido de Cauliaco*, hinc *Burrhus* oculos cerebri renes appellat, sed mera existunt fabulamenta, ut et *Paracelsi* opinio, qvi somniavit oculis, velut abdomini, ventriculum qvendam inesse, qvi coctionis officio ibidem fungatur. Verba ejus haec sunt de mod. pharmac. Es seyn sondere Mägen in Augen und in Ohren/ denn die Ohren haben gleich so wohl ihren eignen Magen/ als die andern Glieder. Nun ist ihr stercus das Ohren-Schmaltz: also haben die Augen auch ihre eigne Mägen/ und ihre excrementa siud die Thränen/ die sich nach den Schlaaff in Augen erzeigen.

Verum haec stolida opinio 1. reclamat Anatomiae, 2. oculi velut reliqva corporis membra ac vi-

scera

ſcera nutriuntur, ut excrementorum conceptacula haud extent, nullaeqve membrorum partes effundunt excrementa, ut illa per privatos canales decurrant. Cor, epar, pulmo communi nutrimento aluntur, aſt horum viſcerum nulla dantur excrementa ſeorſim collecta, muſculus qvoqve nutritur, excrementa autem nulla videmus. Arteriae ſuccum altilem afferunt, qvod ejus ſupereſt, recipiunt venae. Illud qvod per oculos et lacrymas excernitur, non dicendum eſt excrementum privatum oculi, aut cerebri, ſed totius maſſae ſangvineae, ſic etiam cerumen illud, ſeu ſordes aurium ex ſangvine in aures ſacernitur. Dum ille particulas has bilioſas in aurium cavitatem deponit ac meatum auditorium, et ex arteriolis effundit juxta *Charletonem* de depurat. Sangv. p. 119. (non loqvar de glandulis iſtis minimis, qvas in pelle meatus auditorii exhibet *Dn. du Verney* in tract. de organ. auditus, qvae per tubulos adnatos in cavitatem meatus dicti ſe exonerant.)

Ex maſſa itaqve ſangvinea varii humores expelluntur, in os inſipidi, in aures acres et amari, in renes et ambitum corporis extimum ſalſi, aqvoſi, et tenues, ex provido naturae inſtituto.

Alii lacrymarum materiam ſpiritum animalem eſſe defendunt ut *Joh. Baptiſta Scortia*, Theologus Genuenſis, e Societ. Jeſu lib. II. de increm. et natur. Nili c. 11. cujus verba haec ſunt: lacrymae in oculi angulo ab animali ſpiritu gignuntur, qvi ſenſu rei triſtis liqvatur, et in aqvam deſtillat: ve-

rum

rum traditiones hae ficulneae sunt vix audiendae, qvia omni probabilitate carent, et à principiis Medicis sunt alienissimae: Deinde hoc modo lacrymis nimiis homo omnibus viribus exueretur, et lipothymia ac syncope periret, prout *D. Joh. Theod. Schenckius* hist. de sero sangvinis c. V. p. 46. erudite refutavit.

Nec tolerandi ii, qvi ex alimenti reliqviis lacrymas fieri statuerunt, ut *Stephanus Atheniensis* alias lacrymantes in oculorum contabescentiam inciderent.

Nec isti, qvi pro vitrei ac crystallini humoris recremento in glandulas ablegato judicant lacrymas, id qvod à Plempio docte reprobatum fuit in ophthalmographia.

Nec illi, qvi ex humore oculorum aqveo resoluto, (qvem nonnulli ovi albo comparantes albugineum nuncupant, nempe ab albuminis optime diverberati similitudine) lacrymas oriri, ac per compressionem pupillae excerni existimarunt, ut *Franciscus Perla*, ex hac ratione, qvod is consumtus nonnunqvam regeneretur, vel sponte, ut in gallinis constat, et anseribus, teste *Riolano*, in agno, autore *Nic. Cabeo*, et in homine, observante *Benivenio*, *Plazzono* ac *Hildano*. Vasa enim oculorum interna hunc rorando reparant, consentiente qvoqve *Cornelio Celso*, *Joh. Rhodio*, *Columbo*, *Coitero*, *Duncano Liddelio*, *Langio*, *Tentzeli* in Monatl. Unterred. ad ann. 1698. p. 613. et 614 vide, si lubet, *Acta Medic. et Philosoph. Hafn.* P. 1

observ

observ. 69. 132. 133. *Ephemer. Gallor.* Tom. V. eph. 3. et *German.* Ann. 1. obs. 12. et 117.

Vel arte, aqva qvadam Medica, secundum *Marcum Marci a kronland* v. g. ex albumine ovi, qvod vulnerarium est, cum tutia, et adstringentibus oculo admotis, aut bolo armeno, aut thure cum mastiche, referente *Joh. Matth. de Gradi*, aut succo euphrasiae, ac chelidonii majoris, autore *Casp. Schotto*, aut ulmariae succo, mense Majo collecto, juxta *Henr. ab Heer.* ita *Franc. Joseph. Burrhus* in Epist. de oculis p. 36. fatetur se à Roberto Sothuel, Eqvite Anglico, accepisse artificium humores oculorum restituendi, qvo multos brutorum hominumqve oculos dissectos feliciter Amstelodami reparavit, beneficio scilicet aqvae mirabilis p. 37. descriptae, nempe destillatae per MB. ex foliis chelidon. major. addito tantillo camphorae ad arcendam putrefactionem. leg. *Theodor. Kerckringius* in observ. Anat. p. 200. et *Paul. Ammannus* in Medicin. Critic. p. 327. jamdudum qvoqve *Crollius* aqvam chelidonii compositam pro oculorum vulneribus in usu habuit.

Verum licet hic humor ex laudabili corporis nutrimento, ac medicamento possit restaurari, tamen verendum lacrymis longis ac largis aciem cernendi hoc modo non solum praestringi, sed penitus etiam deperdi.

(Obiter hic inserere libet novam, de humorum oculi motu circulari, opinionem à *Jacobo Hovio* detectam. Sicut enim sangvis indesinenter in circu-

lum agitur; ſic qvoqve humores oculares continuo fluxu refluxuqve in orbem vertuntur, ad vigorem oculorum conſervandum, viſumve rite peragendum. leg. *Act. Erudit. Lipſ.* ad ann. 1703. p. 212.)

Nos itaqve potius materiam lacrymarum ſerum ſangvinis eſſe defendimus, ejus fluxioni promovendae deſtinatum, ſeu totius maſſae ſangvineae humores aqvatiores. (Serum enim noſtrorum anteceſſorum eſt lympha recentiorum leg. *D. D. Vater in Phyſiolog. experiment.* p. 612. *D. Joh. Bohnius* in circul. anatom. Philol. p. 186. et *Act. Erud. Lipſ.* ann 1701. p. 495.) Seroſa enim haec humiditas ſangvini felici conjugio eſt maritata, hinc in ſangvine venae ſectione educto ſemper ſupernatat, ideo aqva ſangvinis appellatur, *Helmonio* latex, *Hippocrati* de glandul. ſangvis albus, hoſpitemqve ſuum, qvamdiu tranqvillus ac moderatus habetur, absqve afflictione fideliter comitatur, qvia ejus commune eſt vehiculum. Sicut enim aër ſangvinem facit mobilem: ita ſerum eundem reddit fluxilem, et ad circulandum aptiorem, unde ſangvinis auriga cognominatur.

Cum vero animus rei adverſae ſenſu, aut affectu aliqvo affligitur, tunc ſangvis turbatur, ſerumqve ſimul agitatur, et in copia per arterias ad partes irruit, poſtmodum, ſangvine per venas ad cor remeante, aqvatiores illi ſangvinis humores remanent, ac per lacrymas exſtillant, qvae, adaperti

is arteriolarum osculis, in novissima oculorum tu-
ica discurrentibus, desudatae procidunt.

Proinde lacrymae nil nisi portio serosa sunt, ac umor, seu ἰχὼρ, ut cum Hippocrate loqvar, IV. e vict. rat. 2. qvi oculo irrigando destinatus majoi copia affluit: hic naturaliter modice transsulans bulbulos oculorum rigando obungit, ut fecius sua munia obeant, ideo oculi ordinarie semer existunt humidi. Irrigantur enim ad faciliorem motum, ac refocillantur qvasi, juxta *Casserium Placentinum* de lacrymis p. 19. et *Knyphaeum* n Augentrost p. 27. In animi pathematibus vero iberius effluit per oculorum communes tunicas. Consulatur *Galenus* l. 10. de us. part. c. 2. *Vesalius* . 3. c. 13. *Spigelius* l. 5. c. 4. et l. 10. c. 9. *Hoffmanus* in inst. Med. l. 2. c. 63. et 82. *Veslingius* in Syntagm. Anatom. c. 15. ac *Schenckius* in Hist. de sero angv. c. 4.

Stat itaqve assertio haec firma, lacrymas constare ex sero seu lympha sangvinis eodemqve abundante ac turgescente, consentiente *D. Plempio*, atqve *Arculano*, qvod insuper probo:

I. à copia lacrymarum, qvae tanta saepe est, ut nullo modo in cerebro ejusqve ventriculis, nec oculis contineri qveat: seri autem abundantia est magna. Oritur enim non solum ex cibis aqvosis assumtis, v. g. jusculis, oleribus, ac fructibus horariis, nec non ex aëre humido ac pluvioso, sed etiam ex materia potulenta.

II. ab earum sapore, qvi utplurimum est salsus

ſus leg. *Sylvius* in prax. l. 1. c. 40. item acris non-nunqvam, ut oculos inflammet et genas, malas, labra mentumqve exulceret, autore *Sanctio.*

III. qvia tales ſunt lacrymae, qvale eſt ſerum ſangvinis: qvo ſaniora corpora, eo puriores exiſtunt lacrymae, ac viceverſa, idcirco flaveſcunt in ictericis. (Non enim flaveſcit ipſe ſangvis, ſed ſaltem ejus ſeroſa portio: qvod ſi vena hominis ictero laborantis inciditur, non ſangvis, ſed ſerum bile tinctum apparet.) Notum eſt icterum in oculis primum ſe prodere, et qvidem in tunica iſta, album oculi cognominata, oculorum vero tunicae plus reliqva omni cute albicant. Qvo res autem magis eſt alba, eo citius qvoqve infectio ſe manifeſtat, ſi alio colore imbuitur. Oculi naturaliter ſudant, qvia continuo moventur, qvare eo natura mittit ſerum: qvum igitur illud in ictero flaveſcit, etiam color ante omnia in oculis apparet citrinus, lacrymasve conſeqventer tingit.

Ex eadem ratione, qvi lue venerea laborant, horum lacrymae virulentae ſunt ac contagioſae, teſte *Salomone Alberto* Exerc. de lacrymis, ut et ſaliva ipſa, hinc infectio fit per oſcula, prout oſtendi in *Tract. meo DE MODESTIA SCRIPTURAE IN REBUS VERECUNDIS.* Si enim maſſa ſangvinea eſt infecta, infectum qvoqve eſt ſerum, et per conſeqvens ipſae lacrymae.

IV. qvia à copioſis lacrymis lac imminuitur in lactantibus: Serum autem non ſolum vehiculum

eſt

ſt ſangvinis, ſed etiam lactis, qvare *Melchior Sebizius* Tom. poſter. ſpecul. Medic. Pract. p. 1710. nter cauſas lactis defectus ponit moerorem, luctum gravem et diuturnum, ac ejus pediſſeqvas lacrymas, et experientia vidit *Bartholinus* Centur. Anat. I. Hiſt. 20.

V. qvia ſudor, urina et lacrymae ejusdem naturae ſunt ac materiae, conſentiente *Valleſio* in controverſ. Med. et Philoſ. l. 5. c. 9. ac *Sperlingio* in Anthropol. l. 6. qv. 6. omnesqve aliqvid ſalis continent, ac non niſi organorum ſecretoriorum, ac locorum diverſitate et excernendi ratione diſtinctae, ex mente *Jacob. Rohault.* Tr. phyſ. p. 496. item *D. Bohnii* in Circ. anat-phyſ. p. 127. Siqvidem ſudore copioſius profluente, et tranſpiratione aucta, urina parcior fluit, qvae contra copioſior excernitur, ſi cum ſudore qvoqve διαπνοὴ inhibeatur, qvare ſcoptici, ac vulgus, ſi aliqvem in fletum pronum absqve ſontica cauſa plorantem videt, pro ridiculo habet, inqviens: hoc commodi in ipſum redundare, ut eo minus ſit micturus: exinde firmiter concluditur lacrymas ſangvinis ſero dare incunabula. Qvod enim per unum locum evacuatur, alteri detrahitur (qvanqvam lacrymae ſudore et urina puriores habeantur, leg. Vitruvius l. 8. cap. 4.) Eadem de cauſa in nonnullis ſaepe lacrymae ſudor et urina inter ridendum erumpunt, qvia ſerum ſangvinis una cum ſangvine in riſu nimio movetur.

VI. qvia qvo qvis ſeroſiorem obtinet ſangvi-

 nem,

nem, eo ad fletum est proclivior, idcirco ex ab-
undantibus lacrymis *Rolfincius* Consil. med. l. 3
consult. 3. serosam corporis cacochymiam conjici
ac concludit. Exemplo sint pueri ac foemellae
qvapropter *Alfonsus Salmeron* in Hist. Ev. tom. 10
p. 32. dicit: fletus et lacrymae arma puerorum
sunt ac mulierum, qva de re plura infra dicam.

Fusius de materia lacrymarum differentem ha-
bes *Antonium Deusingium* pecul. Exercitat. de ali-
ment. in corpore depurat. §. 79. et seq.

CAPUT IV.

DE
LACRYMARUM CAUSIS.

OMnes, qvaeso, mortales circumspice, e
largam ubiqve assiduamqve flendi materiam
invenies: profecto fatendum mihi est cum *Senec*
et *Polybio* c. 23. lacrymae nobis deerunt magis
qvam causae dolendi.

Qvamprimum infans ex utero materno prodi
plorat. Physici nonnulli ac Medici hanc ratio-
nem dant, qvod splendor lucis feriens oculos te-
nellos ob actionem insvetam sensum doloris infe-
rat, vid. *Thom. Bartholinus* de luc. hom. et bru
p. 128. cui favet *Alex. Aphodiseus* sect. IV. problem
62. Dum ploratus causam signate expressit
qvod lumine percutiantur: Nec non *Soranus Ephe-
sius* qvi causam dicit, qvod insvetam tangat te-
ram, et tenellus spiritus à luce reterreatur. *R*
dericus à Castro P. 1. de nat. mul. p. 102. putat in-
fantium

ntium nascentium ejulatus potissimum causam sse ambientis aëris alterationem, diversam ab ea, va intra uterum afficiebantur, *Moschio* fasciarum onstrictionem arguit, ut et gravationem à pluri-ıis coopertoriis.

Nos ex siti, lactisqve defectu fieri, et primam nfantis nati actionem esse sitire, arbitramur, ob abores exantlatos in egressu ex utero: hinc qvam-rimum infans mammis apponitur, et lac ex iis-lem sugit, silet, certe ob mitigatam sitim.

Deinde qvoqve ejulatus infantium oritur ex morbis variis, atqve doloribus, maxime ex tor-ninibus ventris. Multa enim excrementitia in ntestinis eorundem continentur, leg. *Gynaecio-rum* Tom. II. p. 426.

IV. vero modos ejulantes infantes placandi proponit Paraeus c. 23. de hom. gener. nempe agi-ationem in cunis 2. cantum 3. linteaminum, qvi-bus involvuntur, mutationem 4. papillarum ex-nibitionem.

In adulta vero aetate lacrymarum causae prae-cipuae sunt:

Vel INTERNAE, ut rerum praesentium ristium annunciatio, praeteritarum recordatio, et futurarum formidatio.

Vel EXTERNAE v. g. dolor externus ac vehemens ex vulnere, aut ulcere, aut morbo ali-cujus partis v. g. dolor dentium, capitis, pedum etc. qvare *Basilius Magnus*, *Gregor. Nyssensis* lib. de

 opific.

opific. hominis, et *Meletius* Philoſophus lacrymas tantum à doloribus cieri autumarunt.

Oculi lacrymis madentes certe pignora ſunt, indices ac teſtes intimi doloris, imo ſangvis animi vulnerati, ſecundum *Brentium* et *Auguſtinum*. Qvemadmodum enim ſangvis è carne emanans ſignificat eam eſſe vulneratam: ita lacrymae ex oculis fluentes nota ſunt animi, dolore grāvi affecti, item animae ſudor, juxta Hilarium. Nam ſicut laboris fatigatio corporis ſudorem exprimit: ſic animi dolor et afflictio lacrymas elicit, qvare praecones dolorum ab *Antonio de Guevara* cognominantur, item legati doloris à Clero Romano in qvadam ad Cyprianum Epiſtola vid. *Baronium* ad ann. 253. n. 80.

Porro lacrymae indices ſunt nunc anxietatis, Luc. 19. v. 43. Judith. 7. v. 21. Tob. 5. v. 25. et c. 10. v. 3. et 4. Jerem. 9. v. 1. Thren. 3. v. 49. nunc animi moeroris et aegritudinis v. g. in viduis, Eccleſiaſtic. 35. v. 17. Luc. 7. v. 13. unde vocab. german. Wittwe dicitur qvaſi weites Weh à copia ſcilicet miſeriarum, weil man ihr Elend nicht überſehen kan, ihr Weh und Noth mancherley iſt / und weit umb ſich greiffet / prout explicat *Scriverus*.

Latinis vidua, à viro, et iduare i. e. dividere, qvaſi dicas valde iduata, qvia per mortem à marito eſt ſeparata juxta *Calvinum*, in voce vidua, *Nevvenhahn*. tract. de jure viduit. membr. 1. ſect. 1. et Theodoſ. *Schoepfferum* tract. de ſtatu viduitat. mutat. Aliis vero à vi, et duobus, qvia dua corpora amo

ra, amore qvasi conglutinata, mortis violentia divisa fuere, Graecis *χήρα* à *χηρόω* q. d. orbata omni gaudio, ac deserta auxiliis hominum. Hebr. Almanah ab Alam, a vinciendo, juxta interpretationem *Weybenmaieri*, weil denen Wittben Hände und Füße gebunden seyn / daß sie nicht thun können was sie wollen. Secundum alios vero ab illem i. e. obmutescere, qvia cum Davide saepe exclamare necesse habent Psalm. 38. v. 14. 15.

Imo vidua est qvasi hemiplectica vel paralytica, cui altera corporis pars est salva, altera vero velut mortua. Vir enim et mulier unum constituunt corpus, Genes. 2. v. 24. defuncto itaqve viro mulier est semimortua.

Joh. Gabriel Drechslerus elegantem hic suppeditat similitudinem in bittern Wittben-Weh p. 56. h. v. wenn man einen grünen Ast von einen Baum mit Gewalt abhauet / so lässet er seinen herrlichen Safft fließen / gleich als wollte er die allerschmertzlichste Absonderung des abgenommenen Theils mit rechten Thränen-güßen betrauren: das thut die stumme unempfindliche und sinnlose Creatur: was soll denn die empfindliche Seele / die vernünfftige Seele thun / wenn ihr halber Theil durch des schmertzlichen Todes Macht abgerißen wird?

Non dolor est major, qvam cum violentia mortis
Unanimi solvit corda ligata fide.

Francisci in Trauer-Saal P. III. p. 1065. inqvit: der Wittben Augen sind ein paar Brun-

 nen/

nen/ aus welchen nichts denn bitteres Trauer-Wasser rinnet/ sie sind Weintrauben/ welche stets in der Kelter-Presse liegen/ und immerdar weinen/ der Wittbenstand ist ein Herbst/ darinnen es nur Thränen regnet.

Scriverus in Seelen-Schatz P. IV. c. 10. viduam viti comparat, cujus palus putrefactus et à vento dejectus est, ut qvilibet eandem pedibus conculcet.

In Codice Sacro Deus sapientissimus catalogum IV. miserorum hominum fecit, eosve saepe conjunxit: nempe pupillas, viduas, pauperes et advenas, ut Devter. 24. v. 17. et c. 27. v. 19. qvia hi potissimum in communi vita omnium injuriis sunt expositi, inprimis vidua die noctuqve gemens, hinc Emblema ejus potest esse cupressus, sub qva turtur gemens qviescit, hac epigraphe:

Digna jacet lesso, tristi cumulata cupresso,
Turturis ad mores, qvae gemit ante fores.

Genus muliebre per se est ἀσθενέστερον σκεῦος, vas infirmum, 1. Petri 3. v. 7. infirmum tum sexu et constitutione corporis, tum animo et judicio, industria etiam et prudentia ad res gerendas, exponente ita *Menochio:* si viduitas accedit, malum duplicatur, unde *Qvintilianus:* Per se imbecilla res est foemina, et affert infirmitati naturali non leve pondus, qvod vidua est.

Qvamprimum haec moesta maritum unice charum jam tumulatum aspicit, tota in lacrymas et lamentationes solvitur, oculiqve à profundendis lacry-

lacrymarum fluminibus non remittunt. Amisso enim marito amisit domus umbraculum, necessitatum medelam, oblectamentorum autorem, cordis intimi amicum unicum. Si intuetur relictos parvulos, nullo momento curarum expers de illorum custodienda salute, et plena periculi educatione. Si cogitat de prospicienda familia, cor ejus miserum inter incudem est et malleum, bonorum scilicet sodalitio destitutum, et malorum agmine cinctum, unde *Gregor, Nazianzenus* acerbam rem viduitatem appellat, verbo: angor et moeror viduarum fere est inconsolabilis.

Inter Botanicos liqvido constat singulas plantas à Deo constitutas ac convenientes habere mundi plagas, qvae, si in incommodo loco plantantur, pereunt, contra singulae qvalitatem istius terrae, a qva fuerunt productae, appetunt, et qvasi amore patrio in eam feruntur: hinc aqvaticae, in loco sicco transplantatae, phthisi qvasi contabescunt: ex locis vero aridis in humida translatae hydrope intumescunt, ac putrescunt. Consulatur hic *Kircherus* de magnetism. plant. Ratione patriae itaqve aut soli natalis sunt vel montanae seu saxatiles, vel pratenses, vel sylvestres, vel marinae, vel fluviatiles, aut aqvis innatantes, vid. *Otho Brunnfelsius* in appendic. de utilitat. herb.

Tales aqvarum alumnae sunt herba nymphaea, anagallis aqvatica, ranae morsus, herba sagitta, platanaria, sparganium, fontanalis, sium aqvat. Dracontium palustre, ranunculus fluviatilis etc.

Haeber-

Hae herbae paluſtres ſymbolum praebent viduarum in lacrymis qvaſi natantium, unde *Joh. Bodikerus* emphatice ſcribit in Triumph=Bogen p. 276. die Wittben ſeyn rechte Waſſer=Vögel. Nos invertendo easdem appellamus: Waſſer=Blumen.

De coralliis referunt Naturae-Conſulti, qvod non niſi in aqvis fruticeſcant: ita viduarum vita perpetua eſt in lacrymis: (Miſeria enim earum cum annis creſcit.) eſt in luctu et tenebris, unde Aegyptii prudentes ſub imagine nigrae columbae easdem delinearunt.

Notabilis eſt herba rorella, aliis ſalſirora, ſponſaq; Solis dicta germ. Sonnen=Thau/ cujus in foliolis cavis, inſtar cochlearis formatis, aut auriſcalpii, ſemper guttulae aliqvot aqveae, etiam in ipſo meridie, in maxime ardore Solis, inveniuntur, imo ſemel evacuata aqva, intra horae qvadrantem nova iterum adeſt, de qva leg. *Job. Thalius* in ſylv. *Hercynia*, *Joach. Camerarius* in hort. Med. et *Iſaac Hollandus* proprio ſcripto de rorella edito. Egregia ſane idea eſt viduae miſerae cum lemmate: SEMPER IN LACRYMIS. Nam oculi ejus continuis lacrymis rorant, iisqve ſalſis et acerbis, inſtar ſalſirorae, et anxiis deſideriis expectant Solem juſtitiae, Malach. 4. v. 2. qvippe cujus eſt ſponſa, qvia omni auxilio eſt deſtituta, tutore amiſſo et conjuge.

De tribulis ſeu nucibus aqvaticis certum eſt, qvod ex media aqva ſitiant aqvam pluviatilem. Hae itidem iconem praebent viduarum, cum lem-

mate: SITIUNT IN LACRYMIS, ſcilicet ſuſpiriis continuis deſiderant aqvam conſolationis coeleſtis.

Eine gelehrte Feder ſchrieb über verwelckte Blumen und Kräuter / ſo durch einen fruchtbaren Regen wieder erfriſchet worden: ERIGET IRRIGUUM. Wenn das Creutz am ſchärffſten druckt / wird von GOtt die Seel' erqvickt qvod Emblema noti cujusdam Autoris applicari poteſt ad foemellas viduitatis moleſtiam ſuſtinentes.

Qvemadmodum enim Amaranthi flos marcidus aqva madefactus hyeme reviviſcit et colorem reqvirit ſemper vividum purpureum, unde aptus eſt ad coronas hyemales, autore *Leonhard. Fuchſio* in Hiſt. ſtirp. unde Bargalius hanc inſcriptionem eidem facit: IRRIGATUS VIVACIOR: Sic etiam à lacrymis viduarum vita viret. Harum anima nullibi meliorem induit virorem ac vigorem, niſi inter lacrymas à pietate ſcaturientes, et inprimis vitam ſpiritualem in peccatis extinctam renovat lacrymarum imber.

Qvare viduarum lacrymae in oculis Dei magno ſunt in pretio, et liberum ad eum habent aditum Eccleſiaſtic. 35. v. 18. etc. Super haec verba concinne diſſerit *Pineda:* à maxilla deſcendunt lacrymae viduarum in coelum, ubi inſtar vaporum, qvi à terra excitati ſunt, concreſcere videntur in nubes ac pluviam, et Dominus, cum vehementer diſplicuerit illi viduae oppreſſio, ex illis lacry-

mis

mis et clamore pluviam confectam suppliciis, tonitrua, fulmina et grandinem creat, qvae in impios et oppressores indignabundus ejaculatur.

Nec non *D. Pfeifferus*, in antimelancholico l. 1. p. 425. h. v. Die Naturkündiger mercken an/ daß ein Wasser so hoch steigen könne als es herunter fällt: weil denn Wittben Seuffzer aus einen hohen Principio herrühren / und von Heil. Geist selbst gewircket werden Rom. 8. v. 15. 26. so steigen sie auch eben wieder so hoch / kommen zu GOtt / und laßen nicht nach biß er drein sehe. Sind einer Gottseeligen Wittben die Hände schon gleichsam gebunden / so ist doch ihr Hertz Mund und Augen / Gebeth und Thränen ungebunden / das seyn ihre Flügel damit sie sich zu GOtt schwinget / das seyn ihre Wehr und Waffen / ihre Stärcke und Krafft / damit sie manchen Feind überwinden kan.

Theologus notus in solatium viduarum addit: GOtt schreibt seine Gerichte und Ordnung mit Hebräischer Schrifft / die man rückwarts lesen muß: gleich wie aber ein Einfältiger sich in solche Sprache und Schrifft nicht finden kan / so können wir uns auch in GOttes Regierung nicht schicken / endlich aber erfahren wir es in der That/ daß er es gut gemeinet.

Porro lacrymae in genere nunc indices sunt condolentiae ut Luc. 8. v. 52. et c. 23. v. 27. Joh. 11. v. 31. et c. 20. v. 11. juxta monitum Paulinum Rom. 12. v. 15. Solent enim lacrymae lacrymis excitari, prae-

i, praesertim apud animos misericordes. Lugendo enim et flendo amorem nostrum erga defunctum probamus, et qvam pacifice cum eo vixerimus, subindicamus. Qvod vero mortuos lugere ac deflere liceat, docet *D. Aegid. Hunnius* Comm. in Joh. p. 272.

Sic Christus cum lacrymantibus lacrymatus est circa sepulchrum Lazari, humanae naturae assumtae veritatem adstruens. Cum igitur esset verus homo, ita et oportebat eum non esse alienum ab humanae naturae affectionibus, inter qvas est alterius, maxime amici, commoveri lacrymis et calamitate. Ad id qvoqve valuerunt lacrymae Christi, ut intelligeremus, homini Christiano non esse prohibitas lacrymas, si modo sint moderatae, propter mortem suorum, qvemadmodum volunt qvidem Anabaptistae, Stoici magis qvam Christiani, dum nullum penitus luctum vel lacrymas pro mortuis, vel aliis afflictis amicis ferunt.

Qvin et moerorem animi per lacrymas mitigamus: Christus vero Luc. 7. v. 13. per noli flere moderationem svadebat, leg. *Mehlfürerus* in vindic. Ev. dec. 6. disp. 1. th. 61. Nimius fletus enim ethnicis est proprius 1. Thessal. 4. v. 13. qvem graviter increpat *Chrysostomus* Homil. 61. in Joh. De ritu vero mortuos fletu proseqvendos leg. *D. Johan. Winckelmannus* Comm. in Luc. p. 398.

Potissimum vero lacrymae comites sunt luctus. Hinc statim, cum qvis olim exspiraverit, seqvebatur propinqvorum atqve amicorum fletus et

ejula-

ejulatus, ac haec prima erat conclamatio: cum vero mortuo, aliqvot dies asservato, pararetur jam pompa funeris, iterum conclamabatur, unde phrasis orta: dare lacrymas mortuorum. vid. *Desiderii Heraldi* animadvers. ad Arnobium p. 201. etc.

Ebraei cadaver ad tres dies servabant, ut certi essent de vera ejus morte vid. *Durandus* l. i. rit. Eccles. c. 23. et *Geierus* de luctu Ebr. p. 71. Tamdiu enim anima qvoad actum secundum latitare potest absqve operationibus, sola remanente transspiratione insensibili, idcirco lege *Hippocratica* prohibitum ante 72. horas corpus defunctum terrae mandare, consulatur *Dionys. Fontanonus* de morb. intern. curat. p. 62. qvia prostant exempla eorum, qvi vivi, morborum vi pro mortuis habiti, elati ac sepulti revixerunt. Talia deprehendes apud *Gregor. Nymmannum* lib. de apoplex p. 175. *Job. Udalricum*, *Rumlerum*, *Diomed. Cornarium* Hist. admir. h. 1. et 2. *D. Petti*, *Job*, *Jac. Wepferum*. *Horat. Augenium* T. II. l. 11. Ep. 40. aliosve.

Romani vero ad VII. dies cadaver humanum reservabant. interea temporis voce alta per intervalla conclamabatur, an scilicet, lypothymia animi saltem affectum, revocari in vitam posset: post ultimam vero conclamationem igne comburebatur, unde CONCLAMATUM EST originem duxit.

Sapienter hic loqvitur *Aloysius Juglaris* in Horto qvadragesimali p. 279. Deploratur tot lacrymis unus mor-

mortuus, et tamen nemo ad mortem millenarum nimarum, qvae qvotidie moriuntur, movetur t plangit. Annon autem haec sufficiens sit cau- , ut lapidea corda in lacrymas resolvantur? nima per peccatum moritur divinae gratiae, qvae st nostra vita, nec tamen est, qvi eam lugeat, ut atris induatur. Suffragatur *Cyprianus* h. v. si vem de tuis perdidisses, ingemisceres dolenter t fleres: animam tuam perdidisti spiritualiter nortuam, funus tuum portare coepisti, et non ugiter ingemiscis?

Non moestitudo autem solum, sed et aliae animi perturbationes ac pathemata intrinsecum movens unt lacrymarum, qvare ita denominantur, qvia ex animi laceratione cientur, juxta *Magirum* l. 1. Anthrop. c. 3. vel qvia lacerant qvasi et laedunt o- culos, juxta *Goclenium* diss. de lacr. nempe pro- pter salsedinem aut copiosum effluxum.

Sic qvibusdam fluunt ex misericordia, qvando malis alienis dolent, opemqve ferre non possunt. Cur autem eaedem homines ad commiserationem commoveant, respondet *Petr. Damianus*: qvia et- iam suis vocibus constant, hinc in conspectu pii judicis supplicant, et impetrare se, qvod petie- runt, confidunt. Exemplum leg. Exod. 2. v. 6. qvare *Joh. de la Haye* tutissima vocat hominis prae- sidia. comm. in Exod. Sunt enim lacrymae indi- cium commiserationis, qvae in aerumnis mul- tum erigit, item Joh. 11. v. 35. 36. ubi Jesus La- zarum amicum suum emphatice vocat. Hic e-

 nim

nim hominum malis simul afficitur Hebr. 4. v. 15 (Noli proinde vili pendere animae tuae passionem, cui à tanta majestate tantam vides exhiber compassionem, prout optime monet Bernhardus.)

Hoc etiam apparet ex Luc. 19. v. 41: ubi Salvator imitatus est, consvetudinem Prophetarum, et Apostolorum, qvi concionibus suis lacrymas immiscueruut, leg. Jerem. 9. v. 1. et c. 13. v. 16. et 17. Thren. 2. v. 11. Actor. 20. v. 19. et 31.

Nonnulli lacrymantur ex ira, ac vindictae cupiditate, dum ultionem meditantur, unde juvenalis: per lacrymas effundere bilem. Maxime in foemellis, de qvibus *Lev. Lemnius* lib. de occ. nat. mirac. p. 447. ita scribit: mulieris intemperies tempestati similis existit: et p. 448. addit: ardor et ira effusis lacrymis diluitur, ac velut infusa aqva defervescit.

Dum vero de Christo lacrymante dicitur Joh. 11. v. 33. et 35. qvod cum fremitu, i. e. vehementer indignatus fuerit, intellige in Diabolum, qvod causam mortis invexerit, vel etiam in mortem ipsam, leg. *D. Aegidius Hunnius* comm. in h. l.

Nonnunqvam sunt mixti affectus: saepe is, qvi ira excandescit, dum cogitat, qvam indignissime secum agatur, lacrymas continere haud potest. Tales fuere lacrymae Mahumetis, Turcici Imperatoris, qvum illi obitus Joh. Corvini, patris Matthiae, Regis Hungariae, nunciaretur. Ajunt enim eum confestim oculos humi defixisse, et conversum in lacrymas dixisse: neminem unqvam

à mun-

mundi principio illi ſub alio Principe fuiſſe me-
to ac jure ſibi indolendum, cui tantam ex clade
cepta turpitudinem amplius ulciſci non liceret,
out *Antonius Bonfinius* atteſtatur.

In aliis lacrymae erumpunt ex gaudio profuſo,
nproviſo ac inſperato, de qvibus leg. *P. Oroſius*
11. c. 17. et ex riſu nimio ac profundo. Saepe e-
m laetus movetur in tantum, ut ſibi qvaſi invito
umpant lacrymae, ſangvinem ſcilicet concitan-
o, et ſerum ejus commovendo. Exemplum in
cris ſuppeditat Jacobus Gen. 29. v. 11. Eſavus c. 33.
4. Joſephus c. 43. v. 30. et c. 45. v. 2. et 15. paren-
s Tobiae Tob. 11. v. 10. et 11. in profanis vero
ionia, Regulus Valachiae ex aſpectu auxiliato-
m in bello, et Albertus II. Imperator in electio-
e ſua ad regnum, item Caeſar Trajanus, Ptolo-
aeus Philadelphus, Rex Aegypti, Conradus
I. Imperator, ac Thucydides, vid. *Philip. Ca-
erarius* in Hor. ſubc. Cent. II. p. 105. et *Tob. Ma-
rus* in polymn. p. 1075. Lacrymas has gaudio
ofuſas *Statius* appellat dulces, (objectum fletus
videm per ſe res eſt dulcis, per accidens vero res
eta, qvando bona inexpectata nos imbris inſtar
undant.)

Ex his ſatis abunde conſtat qvod gaudium qvo-
ve lacrymarum ferax ſit, conſentit *Xenophon* h.
κοινόν τι χαρᾷ καὶ λύπῃ δάκρυα εἶναι et *Sophocles*
ſtendens lacrymas ſaepe ſubitam laetitiam comi-
ri, conſulatur hic *Athenaeus*.

Non loqvar de gaudio illo fatuo nimio, qvo

F 2 elati

elati pueriliter multa et insolita dicunt, et gestien do obeunt, ac ridendo prae gaudio, ut *Comicus* inqvit, lacrymantur, hanc *Felix Platerus* Tr. 1 Prax. p. 110. animi perturbationis speciem agno scit, spiritibus cum sangvine adeo profusis, u non tantum rubore suffundatur facies, sed et e oculis exstillent lacrymae, omniaqve membra ex calfacta inqvieta sint.

Aliqvibus ἐκ ϛοργῇ lacrymae eliminantur, it Thessalia Appiano recitante, filio in loco peregrin mortuo spongiam lacrymis repletam cum schedu la mittebat, et sepulchro indendam petebat hi verbis: Corde et lacrymis proseqvor.

Sangvis namqve movetur ad motum animae et una cum sangvine serum simul, tanqvam eju vehiculum, unde fluor lacrymalis, id qvod exem plo suo probat Josephus Gen. c. 45. v. 1. 2. et c. 46. v 29. et c. 50. v. 1. (unde *Gregorius* ita: Tunc se ultra co hibere non valens pietas clausa prorupit ad me dium, et excussit charitatis lacrymas de vultu se veritatis. Detersa est ira, qvae apparebat et non erat, offensa misericordia, qvae erat et non appa rebat) item Raguel cum suis Tob. 7. v. 7. et 8. e Gabel. c. 9. v. 8.

Similem in modum ob conatum validum lacry mae freqventer excidunt v. g. à magnis excretio nibus, in duritie alvi, in partu, in tussi ferina, in sternutatione valida, et vomitu, in valida emunctio ne narium vid. *Hier. Fabric. ab Aqvapendente* in Physiolog. p. 198. item à nimia exercitatione ocu lorum in objectis inspiciendis, unde multum

scri-

:ribentes oculos habent lacrymofos, autore *Do-ninico Leono* in art. med. p. 336.

Externae caufae lacrymas excutientes funt res :res, effluviis fuis facillime irritantes oculos udos : nudos, horumve tunicas tenerrimas moleftis-me ferientes, de qvibus confulatur *Joh. Ruellius* e nat. ftirp. p. 399. qvales funt halitus piperis con-ıfi, aliorumqve aromatum volatilium, item fpi-ımenta finapis mordacis, (de qva Drexelius in onc. moral. p. 84. hoc fimile habet: ficut finapis rana acrimoniam habent, et lacrymas cient: fic voqve verbum Dei acre eft, et ad lacrymas com-ıovet, five id qvandoqve legatur, five è cathe-ra audiatur.)

Nec non nafturtii ac raphani rufticani, fpiritus ini fortis, et fpiritus ⊖ arm. oculis admotus, allii idem, qvod, judice *Hippocrate* de victus ratio-e, l. 2. p. 26. oculis minime bonum, eorumqve ciem hebetat: ac qvoqve ceparum, maxime de-acto tenuiore cortice, in fruftra concifarum, qvas *olumella* propterea lacrymofas dixit, notante *lberto* de lacrymis thef. 40. (qvanqvam et odor arum lacrymofus fit, juxta *Plinium* l. 19. Hift. at. c. 6.) unde κρόμμυα ἐσθίειν cepas edere, pro crymari habet *Suidas* in Proverbiis Graecorum . 465. ac *Erafmus* Cent. 11. adag. 38. unde Praeficae lim, ad lamentandum mortuum conductae, iis-em utebantur, alienum dolorem pompofe ma-is qvam fincere oftentantes.

David Glado in das Gleichnüßen und Geheim-

 nüßen

nützen von den geistlichen Reich Christi p. 1059. hanc facit allegoriam: die Zwibeln sind ein Bild des gegenwärtigen Lebens / wenn sie roh zerschnitten und gegeßen werden / haben sie eine große Schärffe in sich / davon einem die Augen thränen: eben so ist diß gegenwärtige Leben voller Angst und Qual und daher ein rechtes Thränen-Thal Joh. 16. Pſ. 80. et 84.

Juxta *Voſſium* qvondam cepam omni cultui Deorum inimicam exiſtimabant, qvod feſtos dies deceat laetitia, et haec lacrymas cieat, qvae doloris ſunt argumentum. Hinc et Pierius l. 58. Hierogl. c. 4. cepas inter hieroglyphica repoſuit.

Huc facit qvoqve ſplendor Solis, videndi aciem praeſtringens.

Oculus enim cum ſplendidis reſiſtere neqveat, lacrymam provocat, inqvit *Hippocrates* lib. de videndi acie ſeu περὶ ὄψιος p. 257. item caliditas ignis et balnei, item occurſus aeris nimius, ac frigidioris venti in oculos incurrentis impetus, item frictio oculorum fortis, ictus, contuſio ac percusſio, aut illapſus feſtucae, ſabuli, arenae, et pulveris in eosdem.

Porro in cauſa eſt fumus ſpiſſus Proverb. 10. v. 26. Etenim mordacitate ſua, qvae provenit à ſale volatili, particuliſqve ſalinis tam acidis qvam alcalicis craſſioribus terreis permiſtis oculos exqviſitiſſimo ſenſu praeditos vellicat laeditqve, ideo ab *Horatio* lacrymoſus qvoqve dictus, hanc ob cauſam de Vienae Lituaniae urbis incolis tradit

Adria-

Adrianus *Beierus* in architectu Jenensi p.176. qvod plures sint coeci, qvia habitacula eorum fumario carent.

Hoc etiam de Lapponibus affirmat *Joh. Scheffe- rus* in nova descriptione Lappiae p. 349. qvoniam casae eorum continuo fumo sunt repletae: nec non de Cayri inhabitatoribus *Nic. Christ. Radzivil* in peregrinat. Hierosol. Ep. 3. p. 159.

Joh. Mollerus in contin. alleg. profano-sacr. p. 9. hanc facit applicationem: also hat der kleineste und wenigste Theil der Menschen gesunde Hertzens Augen / die GOtt recht erkennen / recht an ihm gläuben uud seelig werden / der größeste und meiste Theil steckt in großer Blindheit und Unwißenheit.

Deinde sicut fumus lacrymas elicit; ita mundana omnia nil nisi fletus materiam praebent, ac gemitus post se relinqvunt, qvare Heraclitus terrestres miserias secum ponderans in continuas lacrymas erupisse dicitur. Johan. Faës in weinenden JEsu ita: Ehre / Reichthum / Wollust/ Freude was schönes? ein unfreundlicher Sand/ der den zarten Augapffel verletzet / ein beißiger Rauch / der die klaren Augen zerbeißt und verdirbt! für Rauch und Sand thustu ja die Augen zu / warumb nicht für den eitelen Weltwesen?

Watson Anglus addit: Staub in den Augen ist dem Gesichte verhinderlich: wenn die irrdischen Gedancken / als so viel Staub in den Augen / den Verstand / als das Auge der See-

len / eingenommen haben / so kan er durch heiliges Nachsinnen so beständig den Himmel nicht anschauen. *Et D. Mullerus* in Liebes Kuß c. 12. der Menschen Augen thränen im Rauch/ so auch wenn unser Hertzens Auge die irdischen Dinge / die ein Dampff und Rauch sind / anschauet / gehet es endlich auff das Weinen aus.

Deinde sicut oculus extrinsecus laesus emittit lacrymas: sic cor hominis externis casibus ac infortuniis pressum lacrymatur Ps. 80. v. 6. et Ecclesiastic. 38. v. 16. *Jac. Rauppius* in Biblioth. portat. Pract. p. 338. scribit: fumus est nobis molestus, brevitas vitae nostrae nostris saepe accidit perqvam molesta, ut lacrymas saepe ex oculis exprimat.

Deniqve seqvens fumi aenigma proponitur:

Sunt mihi, sunt lacrymae, sed non est causa doloris,
Est iter ad coelum, sed me gravis impedit aër,
Et qvi me genuit, sine me non nascitur ipse.

Eadem vis est in fumaria herba, qvae fumi instar acredine sua oculos commordet, si eadem perunguntur, lacrymasve movet, qvanqvam non perniciose et morbose, sed salutariter. Nam lumen oculorum clarificat; Idcirco elegans Symbolum esse potest crucis piorum.

Silentii sipario tegam qvae *Strabo* tradit de araneorum qvodam genere, qvod mordens alios ridendo cogat emori, alios vero flendo, qvod alii de tarantula intelligi volunt, phalangio illo, a qvo morsi qvidam vomunt, qvidam sudant, qvidam

dor.

lormiunt, qvidam tremiſcunt, aut ſaltant, aut rident, aut flent, autore *Ant. Laurent. Politiano* l. 1. de riſu p.17.

Annectere hic libet qvaeſtionem: unde ſcilicet oriatur motus ille concuſſorius in pectore, vel thorace, qvi contingere ſolet plorantibus, maxime pueris, qvando cum ſonitu pectus percutitur? Germani loqvi amant: Der Bock ſtöſſet ſie. Ad hanc *D. Chriſtian Langius* ſic reſpondet: Dum Spirituum a corde vicino ad diaphragma redeuntium fit exagitatio, haec diaphragmatis qvaſi convulſio in tenellis corporibus facile excitatur. *Codrònchius* vero ad depravationem vocis refert, qvando vox et loqvela, qvae nonnunqvam inter planctus effunditur, ſubinde, et crebris qvaſi ſingultibus interrumpitur. vid. ejus l. 1. De vitiis voc. c. 15.

CAPUT V.

DE

LACRYMARUM DIFFERENTIIS.

DE his conſulatur *Rudolph. Goclenius* l. 5. diſp. Phyſ. p.385. et notus qvidam autor h. v. es ſind in der Welt allerhand Urſachen zu weinen/da findet man Buß-Thränen Pſ. 6. v. 7. Joel. 2. v. 12. Siech-Thränen Eſa. 38. v. 5. Ambts-Thränen Actor. 20. v. 19. 31. Klag-Thränen Luc. 7. v. 13. Liebes-Thränen 1. Sam. 20. v. 27. Actor. 20. v. 37. 38. Unglücks-Thränen 2. Sam. 3. v. 16.

Primo ſunt vel proprie ita dictae lacrymae, qvae oriuntur ab objecto aliqvo triſti, aut re dolorifica,

et inde orta comotione graviore animi: vel improprie acceptae, aut a re interna, sero scilicet copioso; ut in ebriis et ophthalmicis, aut ab externa, ut a Sole, vento, frigore aqvilonari, aëre, tussi, risu nimio, vomitu violento, oculorum percussione ac contusione, illapsu pulveris et arenulae, albam oculi membranam contingentis, involatu insectorum, attactu digitorum in pupillam, inflexione pilorum ciliis infixorum etc. de qvibus in thesi antecedente fusius actum. Guttulae hae omnes elisae haud verae vocantur lacrymae, dicuntur qvidem, sed non sunt, appellantur ita non *κατ' ἀλήθειαν*, sed *κατὰ ἀναλογίαν*, non secundum rei veritatem, sed ob qvandam similitudinem.

Deinde lacrymae sunt vel verae ac seriae, de qvibus supra: vel fictitiae et venales, qvales olim erant foeminarum ad pompas funebres conductarum è Caria, qvae Carinae cognominabantur, et lamentantium personas agebant: sic Alexandriae obolis conducebantur, qvae mortuos flebant, et Threnodae nominabantur: Sic Romae olim mulieres lamentabili cantationi in funeribus praefectae, ut defuncti laudes praedicarent, aliisve plorandi modo praeirent, Praeficae nuncupabantur, germanico idiomate die Klagweiber / teste *Hesychio*, *Festo*, *Nonio Marcello*, *Gyraldo*, *Joh. Bapt. Casalio*, *Dan. Glasenio*, *Thom. Reinesio*, ac *Joseph. Quercetano* in Diaetet. polyhist. p. 112.

In sacris harum meminit Jeremias c. 9. v. 17. et 20. et Amos. c. 5. v. 16. Marcus c. 5. v. 38. allegat *κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας* flentes et eju-

et ejulantes, ubi verbum ἀλαλάζειν pure Graecis significat exultando clamorem edere; verum Judaeis Graece loqventibus dicitur etiam de iis, qvi flentes clamorem edunt. Ejulabant enim hae foemellae ad tibiae cantum, cui attemperabant suas ejulationes, sive naenias.

Verum Solon, Atheniensium legislator sapientissimus, luctus hos commentitios abrogavit penitus, referente *Plutarcho* in ejus vita, et potius luctum funeris à charis suis expetiit. Hoc qvoqve confirmavit Jesus noster suo exemplo, Lazari obitum gemitu proseqvens, ea tamen lege, ut verus sit planctus, ut moderatus, et à fuco penitus remotus.

Praeterea etiam dantur lacrymae fallaces, malitiosae, simulatae et hypocriticae inimicorum et callidorum hominum, de qvibus leg. Ecclesiasticus c.12. v.15.16. Sicuti enim margaritae sunt vel verae, vel naturales, vel adulterae et artificiales seu fraudulantae: Verae lapilli sunt pulchri, rotundi ac nobiles ex variis tunicis seu corticibus coagmentati, et e succo salino purissimo in ventriculo conchularum certarum marinarum cancellatim condensati ac concreti, ortiqve, instar lapidis bezoar, in ventriculo caprarum Indicarum, qvos deinceps certis temporibus eructant. Artificiales verò ex vitro, matre perlarum, seu testa concharum et lapillis, è piscium oculis extractis, fraudulenter conficiuntur, ac fuco peculiari tinguntur: modum tradit *Paracelsus* de mut. rer. nat. l. 7. *Boëtius* de gemm. l.2.c.41. et *Ludov. Mascardi* Nobilis Veronensis.

ſis. Ita qvoqve lacrymae ſe habent, qvippe qvae unionibus comparantur: his ergo non ſemper eſt fidendum.

Tales fuere Iſmaelis Jerem. 41. v. 6. et 7. Eſavi, à fratre circumventi Gen. 27. v. 38. ac Delilae Judic. 14. v. 16. et 17. juxta Senecam enim duplices foeminae habere dicuntur lacrymas: 1. veri doloris 2. inſidiarum de qvibus Poëta:

Ut flerent, oculos erudiere ſuos

Leg. *Joh. Niederi* fornicarium de maleficis et earum deceptionibus, qvod idem de Braſilienſibus *Maffejus* tradit. l. 1. Hiſt. Ind. et tales erant Delilae, nempe crocodili plangentis, dolum meditantis, et inſidias ſtruentis, qvare hoc lemna gerit: PLORAT ET DEVORAT. Lacrymas enim in amore validiores eſſe teſtatur *Ovidius* inqviens:

lacrymis adamanta movebis,

Hinc loco allegat. judic. notanter dicitur hazikathu, coarctabat illum et angebat. Zuck autem uſurpatur de aſthmaticis, ſeu difficultate reſpirandi laborantibus, ut Job. 32. v. 18.

Jacob. Sprengerus in mall. maleficarum p. 558. ſcribit: Flere, decipere, nere, eſt mulierum proprium vere: Et *Herodotus* inqvit: mulier, qvod verbis excuſare non valet, hoc lacrymis excuſat, blanditur oculis, ſeducit oſculis, inſtat amplexibus. Hujus enim oculi longo uſu ita ſunt edocti ad aſſentandum, ad mercedem, et amorem aucupandum, et ad inſidias ſtruendas, illius lacrymae pondera vocis habent, ut ait Sulmonenſis. Cujus

rei

ei exemplum Veturia suppeditat, qvae Coriola-
num nullis precibus exorabilem exarmavit *Flore*
teste, l.1. c.12. ideo validum persvasionis medica-
mentum easdem vocat *Joh.Bapt.Cotelerius* in Eccl.
Graec. monument. T.II. p.24.

Huc spectant lacrymae Simonidae, Poetae Ly-
rici e Cea insula cujus meminit *Nic. LLoydius* in
Dict. Histor. Geogr. Poët. qvem tradunt primum
astutiam et qvaestum in artem induxisse, referente
Erasmo Reterod. in Adag. p.784. hinc ejus cantile-
nae et lacrymae de vafris ac subdolis dicuntur. leg.
qvoqve *Mart. Delrio* in adagi al. sacr. V. T. p.24.

Tritum itidem Sermone proverbium est: Mega-
rensium lacrymae qvod etiam dicitur de iis qvi la-
crymas simulatas edunt, non ex unimo fluentes,
hinc *Suidas* : μεγαρέων δάκρυα. In agro enim Me-
garico allium crescebat, cujus succus acris lacry-
mas elicit. Alii narrant Baochium qvendam Co-
rinthium Clytii Megarensium Regis filiam duxisse
uxorem, qva fato functa coactos à Clytio Mega-
renses pueros puellasqve virgines Corinthum mit-
tere, qvae in funere praeficarum ritu plorarent,
vid. *Zenobius*.

De qvodam impostere deniqve *Gregor. Richte-
rus* refert in Axiom. Ecclesiast. p.111. qvi lacrymas
finxit uberes in Ecclesia, ut eliceret pecuniam.

Porro ratione causarum differentia lacrymarum
est varia.

Qvaedam namqve funduntur ex commiseratio-
ne ut Gen.21. v.16. 1. Sam.30. v.4. 2. Sam. 3. v. 32. et
c.15. v.30. et c.19. v. 1. 2. Reg. 20. v. 3. Jerem. 9. v. 1.

Luc.

Luc.23. v.27.28. Lacrymae enim, maxime Ecclesiae ministrorum frangunt et comminuunt qvasi cor, juxta fontem Actor.21. v.13. et c.20. v.31. unde *Ambrosius* in orat. contra Maxentium dicebat se lacrymis apud adversarios magis efficere ac conseqvi posse, qvam gladio et armis. Hae namqve arma sunt veri et sinceri sacerdotis.

Ex profanis P. Scipio, intuens conflegrationem Carthaginis, amarissime flevit, nec non Julianus Imperator ab Nicodemiam terrae motu absortam. Similiter cum Pompeji caput Julio Caesari Alexandriae offerretur, illacrymavit et lamentatus est commemorans qvot qvantisqve in rebus mutuas qvondam operas sibi praestitissent.

Titus itidem Hierosolymis stragem cadaverum intuens lacrymas cohibere haud potuit. Marcus qvoqve Aurelius Imperator triumphans cum captivos catenis omistos intueretur, et tot nobilium civium, qvi in Asia ceciderant, recordaret, cumqve viduas infelices, maritorum obitum deplorantes, audiret, clam guttas lacrymales profudit. Plura exempla suppeditat *Misander* in Corr. Cop. P.II. p.357. ac *Christoph. Nicolai* in der Evangel. JEsus-Freude P.II. p.12. et 16. mors enim boni semper deplorari meretur.

Qvaedam ex dolore et calamitate ut Nehem. 1. v.4. Esa.22. v.4. Jerem. 13. v. 17. Thren. 2. v. 11. Baruch.1. v.5. Esther.4. v.3. Job.2. v.12. Judith.6. v.13. et 15. et c.7. v.21. Ezech.27. v.21.

Qvaedam ex anxietate: θλίψις non tam ipsum affli-

ffligendi actum qvam afflictum statum et angu-
tius illas, in qvas redigit, significat Rom. 2. v. 9.
ic usurpatur de caluo novo, propter angustiam
edem comprimente, item de una torculari subje-
ta, vinum emittente: pari modo et nos saepe sub
rucis torculari sangvinem vulnerati cordis effun-
imus Germani dicunt: Einen Drucker. Ex hac
ero pressura oriuntur suspiria gemitus et fletus.

Qvaedam ex poenitentia Devter. 1. v. 45. Esdr.
). v. 1. Luc. 7. v. 37. 38. Ex hoc lacrymarum fon-
fluunt perennis poenitentiae rivuli, decurren-
s in coeleste laetitiarum mare.

Qvanqvam vera poenitentia non semper lacry-
is est stipata, sed initio cor maximas sentit an-
ustias, ut lacrymas profundere neqveat: sic
Iatth. 9. nec paralytici, nec Luc. 18. publicani
crymarum mentio fit.)

Qvaedam ex gaudio, maxime inopinato Tob. 7.
7. et 8. et c. 9. v. 8. ita Dux Venctorum prae laeti-
a lacrymatus fertur de victoria contra hostes in
heatro Europ. T. III. p. 140. leg. etiam Esdr. 3.
12. 13. Leg. et *Casaubonus* in animadv. ad Atte-
neum l. 5. c. 19.

Qvaedam ex ira, qvales erant Esavi Gen. 27.
38. 41. et seq.

Qvaedam ex amore, ut Davidis ac Jonathanis 1.
m. 20. v. 41.

Qvaedam ex moerore, harum IX. species alle-
at *Aristoteles* l. 1. Rhetpr. c. 8. Non autem a qva-
s tristitia imber lacrymalis vorat, sed a magna a-
gra-

graviore: hinc cum Democritus Aderita Philoso phus aliqvando e peregrinatione sua longinqva ae ederet tandem ad Darium, dolentem obitum concubinae suae formosissimae, ut ad consolan dum Regem aliqvid diceret, promisit reddituram uita defunctam si necessaria ad illam sibi rem spi randi lex. Rex laetatus, cum petere juberet, qva vellet, jussit sibi dari tria nomina aliqvorum ho minum, qvi per omnem vitam sine luctu et adver sa fortuna vixissent, qvae inscriberet monument conjugis: id vero cum se praestare non posse affir maret, respondet Democritus: insipienter itaqv facere cum ipse fortunam postularet singularem et communem omnibus recusaret.

Ex sacris exempla leg. Genes. 23. v. 1. et 2. et c 49. v. ult. Num. 20. v. 29. Devter. 34. v. 7. et 8 (impossibile enim est funera suorum siccis intuer oculis, et non potest fieri ut mors illorum nobi non sit amara, qvorum vita fuit dulcis.) Tob. 10 v. 3. et 4. Luc. 7. v. 13. Joh. 20. v. 11. et 13. Actor. 9 v. 39. 2. Sam. 18. v. 33. et c. 13. v. 36. ubi notante dicitur: fleverunt fletu magno valde, juxta for tem, item Esdr. 10. v. 1. flevit populus multo flet Solent enim Hebraei per reduplicationem vehe mententiam et veritatem indicare, et significa emphasin intendere.

In specie lacrymae ex discessu amici saepe fun duntur ut Tob. 5. v. 24. et 25. Actor. 21. v. 13. et 20. v. 37. et 38. item aegre discedebat Paulus, et psum qvoqve Ephesii, non sine fletu dimitteban

ide

leo non sine animi dolore ab iis, qvasi per vim, vulsus est. Hoc enim importat verbum ἀποσπά-ν, qvando membrum à corpore crudeliter avelli-ur, et abrumpitur: item Jerem. 22. Sunt enim lacry-nae nihil aliud qvam desideria rei amissae.

Praeterea qvaedam lacrymae amarae sunt, qvae minent in oculis, gemitibus ac suspiriis commix-ae, Petrinis illis analogae Marc. 14. v. 72. dicun-ur amarae, qvia bene in cordis ardoribus tostae unt, et qvia amaricant, oculosqve exedunt, ixta *Dannhauuerum* in lib. consc. p. 218.

Qvaedam dulces, ut Gen. 29. v. 11. c. 43. v. 30. t c. 45. v. 14. qvae fluunt ex φιλοστοργία, vel qvovis lio amoris affectu, de qvibus Augustinus ita: ulciores sunt lacrymae amantibus, qvam gaudia heatrorum, uude *Adami* in Corn. cop. P. 11. p. 01. hoc simili utitur: Wenn die Kräuter in den estillir-Ofen erhitzen / so giebt es Tropffen und Thränen: ist das Hertz durch ein Liebes Feuer chitzet / so geht es auch ohne Thränen nicht ab t; p. 808. scribit: P. Barthol. Pancierus at zum Sinnbild mahlen laßen ein di-illir - Zeug / welches viel Thränen ausge-hwitzet / in der nähe aber viel Blumen liegen at / dabey stehet: EX VERNO RISU LA-CRYMAE aus Frühlings Blumen lachen an man auch Thränen machen.

Porro sunt vel naturales, ut albae, vel praeter-aturales, ut croceae, v. g. in aurigine, seu mor-o regio dicto, qvae qvoqve à bilis tinctura ama-

rae existunt, (qvemadmodum etiam sudores luteos observarunt *Moebius* in Instit. Med. p. 283 *Rhodius* Cent. III. observ. Med. 3. *Hildanus* Cent VI. obs. 77. et à rhabarbari usu *Mentzelius*.)

Vel malignae ac infectoriae in morbo gallico affectis. Cum enim in hoc malo, maxime inveterato, tota massa sangvinea sit infecta, infecta qvoqve est saliva, sudor, et lacrymae.

Non loqvar de maleficis illis, qvi intuitu nocent, de qvibus *Virgilius*:

Nescio qvis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Qvibus proprie βασκαίνειν tribuitur, qvasi φασκαίνειν, παρὰ τὸ φαεσι καίνειν i. e. oculis seu aspectu occidere, qvod tropice usurpatur in sacris Galat. 3. v. 1. de Galatis, à pseudo-apostolis dementibus redditis.

Prout autem se habet serum, ita et ipsae lacrymae. Historici referunt in Arabia dari homines, qvi solo intuitu alterum enecare possunt, qvod effluviis corporis humani est imputandum. Nam isti populi variis venenatis cibis, qvibus natura eorundem est assveta, particulas suas effluentes ita inficiunt, ut solo intuitu alterius hominis spiritus vitales supprimere qveant. Sic etiam vetulae nonnullae, licet honestae, qvibus menstrua diutius fuere suppressa, imo insciae spargunt de se, partim per os, partim per poros, partim per oculos, copiam effluviorum corruptorum, ac contagiosorum, (qvanqvam plura talia manare possint ex halitu, aliisve partibus porosis, qvam ex solis oculis.

. Nam malumus hominis peste laborantis vi-
onem ferre qvam ejus halitum.)

Sic qvoqve opththalmicus ophthalmicum, lip-
ens lippientem inficit, non per fascinum, sed
r contactum exhalationum, aut impressionum.
dnata enim tunica, et praesertim glandula in
ajori oculi cantho lippitudine laborat, dum ef-
uit, et qvasi destillat per vasa tenuia serum tenue
rarefactum, qvod ibi moram trahens putredi-
m saepe contrahit, qvae postea resolvitur, et in
inima per auram dispergitur. Qvando igitur
fluvia ista putrida ab oculo adstantis et intuentis
scipiuntur, similem in oculis natura humidio-
bus dispositionem imprimunt, inprimis imagi-
tione accedente.

Vel verminosae a sero corrupto sordidoqve.
mnia namqve putrida nidus sunt vermium, te-
Athanasio Kirchero in scrutin. de peste sect. 1. c.
ita *Hunerwolffius* mentionem facit foeminae lip-
entis aniculae, maritum in exeqviis deflentis, ac
teolo oculos abstergentis, qvod muscellis candi-
s refertum fuit, leg. *Ephemerides Curios. Ger-
m.* ann. 1686. p. 32.

Qvodsi enim sangvis est corruptus ac vermino-
s, corrumpitur qvoqve ejus serum: Ita in san-
ine maligne febricitantium vermiculos per mi-
oscopium observarunt autores ut *Kerckringius*,
evvenhoeck aliive. Similiter in morbillis *Augu-
s Hauptmannus*, et *Bonomus*, Medicus Italus, et in
riolis *D. Schmidius*, Physicus Dantisc. ubi in-

plicis colli vermes plus qvam L. tineas referentes invenit, qvos ligno à cute in ſcatulam abraſos vivos et adhuc ſalientes ipſa monſtrabat mater.

Plura exempla collegit *Chriſtian. Frauciſc. Paullini* in der Zeit-kurtzen den erbaul. Luſt P. 1. p. 7. etc. idem Autor monſtravit vermes in omni elemento, in omni planta, fructu, cibo et animalibus in Cynograph. Curioſ. ſect. ult. c. 3.

Seminia haec verminoſa omni cibo fere, inprimis herbis et oleribus aſperſa, qvotidie ingerimus, interdum qvoqve cum potu abſorbemus: Et in obſervat. Medico-Phyſ. p. 127. inqvit: milleformia inſectorum ſeminia in lacte, aliisqve alimentis latent, qvae non tantum in ventriculo non recte alterantur, ſed etiam vitioſum ſubminiſtrant alimentum, unde ſerum redditur craſſius, qvo deinde diutius ſtagnante, et per inſenſibilem transſpirationem haud foras emiſſo, neceſſario corrumpitur, et ſic occulta ante et oppreſſa principia ſeminalia, in ſero latentia, ſui juris facta, in viva tranſeunt animalia.

Praeterea dantur ova per aërem volitantia ab inſectis tam exiguis, ut non incurrant in ſenſus, niſi oculus microſcopio muniatur: Ovula haec cum ipſo aere inſpirantur, ſangvini communicantur, et ad varias corporis partes propelluntur. leg. *Theodor. Craane* in diſſert. Phyſico-Med. de hom. c. 10. p. 83. dantur qvoqve vermiculi in aere inviſibiles, maxime ſi tenelli adhuc ſunt, et ex ovo

nodo exclusi, qvi respirationis auxilio in pulmo-
nes, venas et arterias trahuntur.

Vel sangvineae, qvales observarunt *Philip. Hechstetterus* in observ. Med. dec. I. Cas. I. *Rembertus Dodonaeus* in observ. Med. c. 15. *Petr. Borellus* Cent. II. observ. 56. *Zacutus Lusitanus* in Prax. Medic. admirand. P. I. obs. 50. *Tulpius* observ. Med. l. 2. c. 31. *Hildanus* Cent. VI. observ. 76. *Casp. a Rejes* Elys. camp. jucund. qvaest. P. IV. qv. 36. *Brasavolus* Comment. in aphor. Hippocr. *Rodericus a Castro*, *Kentmannus*, *Graseccius*, *Benivenius*, *Baricellus* aliive.

Mariam virginem qvoqve lacrymas sangvineas fudisse *Theophylactus* autor est, referente *C. Sagittario* in Harm. pass. J. C. p. 363. dum scilicet filii cruciatus acerbissimo doloris sensu defleret.

Similiter *Christoph. Crusius* JCtus in considerat. sacr. de pass. Chr. c. 2. sect. 2. p. 61. de juvene qvodam Florentino, à Sixto V. Pontifice Romano ad mortem damnato, refert, qvod ipse prae doloris vehementia lacrymas cruentas fundere visus sit. Item *Drexelius* et *Barradius* seqventia habent: Qvaedam matrona in hoc regno tot effudit lacrymas, orbata viri conjugio, ut deficiente humore sangvinem per oculos funderet.

Joh. Euseb. Nierembergius in Hist. nat. l. 8. c. 16. p. 140. de Peruanorum Rege qvodam recenset, qvod guttas sangvinis fleverit, item *Forestus* in octuagenaria icterica observavit qvod propter vasa

à copiosa bile aperta per tres septimanas sangvinem ex oculis manare experta fuerit.

Georg. Spalatinus lib. de spect. p. 226. ex *Mart. Lutheri* colloq. num. 1538. narrat virginem qvandam inter plorandum lacrymarum loco guttas sangvineas emisisse, idqve ex incantatricis cujusdam malitia effectum, qva praesente virgo ejusmodi lacrymas effudit, licet eam non conspiceret. Plura habet *Chr. Fingerling.* in Praef. ad P. II. obs. Horstii.

De haemorrhagia oculorum rara periodica, facta in puella, praecedente cephalalgia et intumescentia palpebrarum, ut absqve insigni dolore elevari haud potuerint, ac subseqvente stillatione sangvinis, inter alia etiam ex oculis, ita ut linteamina, palpebris imposita, humida, et sangvine conspurcata existerent, vid. in *Act. Eruditor, Lipsiens.* ann. 1702. p. 94. excerpta ex literis *D. Francisci Monginot* ad D. Petrum Sylvestrem. Exempla collegit *D. Becmanus* in dissert. de prodig. sang. p. 33. *Hierem. Drexelius* in aurifod. P. II. c. 4. et in delic. gen. hum. P. II. c. 2. *Joh. Maldonatus* Tom. I. in Evangelist. c. 26. *Petr. Forestus* l. II. observat. p. 21. exemplum habet vetulae annos 80. natae, cujus ex oculis sangvis per tres fere septimanas lacrymarum instar emanabat.

Interdum causa est fletus diuturnus, et copia lacrymarum maxime salsarum, orificia vasorum, membranis oculorum insertorum, aperientia ac erodentia. Hac ratione sororem qvandam in so-

oris funere sangvineas lacrymas fudisse refert *Delrius* Polemic. 2.

Interdum veneficium est à sagis et magis inductum: exemplum suppeditat *Misander* in delic. Histor. P. 1, h. v. in Niedern-Hall in der Graffschaff Hohenloh hat sichs begeben daß ein Kind in der Wiegen gelegen/ und geschlaffen / und hat man unversehens bey der Wiegen einen großen Knall gehöret / als ob man eine Schlüßel-Büchse abschöße / darauff das Kind alsobald erwacht und zu weinen angefangen / und ist ihm anfangs Blut aus den Augen geflossen / darnach sind allerley Faden und leinene Lümplein herausgegangen. Confer. *Waldschmidt.* in Pythonissa Endoraea p. 249.

Interdum vero causa est suppressio mensium. Dum enim hi non rite succedunt, et ex utero effluere neqveunt, aliam viam qvaerunt, regurgitant, eosdemqve natura expellere nititur sangvineis guttis, lacrymarum instar freqventer ex oculis profluentibus leg. *Albertinus Bottonus* tract. de morb. mulier. Ejusmodi aegram vidit *Dodonaeus* in observ. Medic. c. 15. p. 27. *Ludovicus Mercatus* lib. 1. de affect. mul. c. 7. *S. Albertus Chr. Eingerling* in praefat. ad P. 11. observ. Horstii et *Gabelchoverus* Cent. IV. Curat. 42. Et talem qvoqve ipse curavi, dum essem praesens in aula Princip. Dessav. pellionis scilicet cujusdam, nomine Joh. Fiedleri, filiam.

Praeterea sciendum qvod vasa oculorum ordi-

narie semper ita hient ut relicto sangvine emittant serum, qvod oculos subinde madefacit, eodem modo veluti vasa cutis sudore se aperiunt, ita ut sangvinem custodiant, item vasa renum serum sic eliminant, ut sangvinem retineant.

Aliqvando vero praeternaturaliter ex affectibus animi lacrymae cruentantur v. g. in nimio moerore, ac fletu.

Item à metu mortis, in qvibusdam ad supplicium deductis, scilicet ex dilatatione vasorum oculorum, per qvae serum debet exire, nunc autem simul et sangvis. Unica enim gutta sangvinis, qvod notandum, decem guttas seri colorare potest, ut lacrymae hinc sangvineae appareant. Deinceps si homo diu multumqve se lacrymis maceravit, sangvis excernitur, ut cruentae tandem extent lacrymae.

Deniqve lacrymae sunt vel voluntariae seu spontaneae, graec. ἑκούσιαι, ubi adest principium cogens, qvae oriuntur ex affectu qvodam animi v. g. luctu, moerore, ira etiam ac gaudio: Vel involuntariae seu invitae, graec. ἀκούσιαι, qvae morbosae sunt, ac proficiscuntur à vitio cujusdam partis ad oculos spectantis, inprimis caruncularum, v. g. in lippitudine, qvae copiosus et continuus serosorum humorum ad oculos est fluxus, seu catarrhus, ita ut singulis momentis oculus aqvam stillet, qvale exemplum vid. in *Act. Eruditor. Lips.* ann. 1701. p. 524. *Celsus* vocat pitui-

tae

ae cursum seu impetum, et qvidem cum conglutinatione palpebrarum.

Singularem observationem de lacrymis ex uno saltem oculo effluentibus, in typographi cujusdam filia, habet *Petr. Forestus* l. 11. observat. p. 18. Lippitudinis causas docet *Galenus* 6. Epidem. et 1. prognost. et [*Hollerius Stempanus* comment. in aphor. Hippocr. p. 841. vulgo vocamus ein trieff-Auge qvo malo laboravit Lea Genes. 29. v. 17. item *Christoph. a Vega* l. 3. de arte medendi, *Heurnius* de morb. oculor. c. 3. *Mercurialis* l. 1. Medic. Pract. c. 38. *Nic. Piso* de morb. cognosc. et curand. l. 1. c. 7. *Altomarius* de medend. corpor. mal. c. 10. *Vidus Vidius* de curat. morb. l. 4. c. 9. et *Leonhard. Fuchsius* in institut. Medic. p. 602.

Item in Epiphora, qvae nihil aliud est qvam involuntaria nimiaqve lacrymatio, seu oculi destillatio, et aqvosa excretio impetuosa, à causa morbifica orta, nempe humore tenui seroso, praeter naturam, lacrymarum specie, ad angulos oculorum fluente, sine dolore ac rubore, qvare à *Celso* illacrymatio vocatur. Qvum vero aliqvandiu duravit haec fluxio, crassior tandem humor redditur, et condensatur, unde, ceu glutine qvodam, palpebrae, noctu praecipue, connectuntur.

De epiphora hac leg. *Leonhard. Jacchinum* comm. in lib. 9. Rasis c. 18. *Joh. Fernelium* l. 5. de part. morb. et Symptom. p. 535. *Dionys. Fontanonum* de morb. intern. curat. p. 123. etc. *Duncanum Liddelium* in art. Medic. p. 300. *Melchior. Sebizium*

in specul. Medic. Pract. Tom. Prior. p. 669. *Joh. Guinther. Andernacum* p. 614. *Vidum Vidium* de cur. membr. p. 139. *Henric. Meibomium* Exerc. de flux. humor. ad oculos nat. et p. n. *Joh. Monardem* in Epist. Med. p. 123. *Francisc. Joëlem* l. 2. Pract. Med. p. 161. et *Raymundi Joh. Fortis* consult. p. 108.

Notabilem observationem habet *Joh. Dolaeus in Ephemer. Curios. Germ.* ann. 97. et 98. p. 592. de puerulo, hic qvoties deferebatur in conclave, radiis solaribus, aut candela illuminatum, toties oculi insigniter intumescunt, et lacrymae, fluminis instar, fluunt. Mater enim, illo puerulo gravida, cum aliqvando templum ingrederetur, speculo Soli obverso fuit molestata.

Nonnunqvam malum hoc est haereditarium, qvod vix curabile, hujus tamen, ex aliis causis orti, curam paucis annectam, qvae in remediis catarrhos removentibus, siccantibus et abstergentibus, caligines pellentibus, et oculos clarificantibus consistit.

Primo itaqve reqviruntur massam sangvineam purificantia; partim per alvum, ut:

℞. pil. luc. major correct. ℥i.	F. Pilulae Num. LX.
extr. marocost. ℈i	S. Sonderliche Pillen
resin jalap. ℈ß.	20. auff einmahl.
cum ess. euphras.	Vel

℞. MP.

℞. MP. luc. maj. correct.
de succin. Crat.
extr. panchymag. Cr.
à ℈ß.
resin. jalap. gr. IV.
cum ess. succin.
F. L. A. Pilulae.
S.
Augenpillen
auff 2. mahl.
aut
℞. summit. fumar. M I ß.
fl. euphras. anthos.
lil. convall. à P i.
rad. valerian.
foenic.
chelidon. maj.
à ℥ß.
crem. ♀r.
ʒii.
sem. siler. montan.
anis. à ʒii.
fol. sen. el. ℥Iß.
R. rhabarb. opt.
polyp. q. à ʒii.
mechoac. alb. ʒIß.
cinam acut. ʒIß.
caryoph. ʒß.
incis. contus. includ. sindon. alb.
S.
Species zum Laxier-pütschel in Wein zu hangen.
aut
℞. pulv. rad. jalap. opt. ʒß.
Tragaeae aromat ℈ß.
diagrid. gr. V.
M. S.
Laxier-Triseneth in Wein zu geben.

Partim per sudorem, tam sensibilem, qvam insensibilem, qvi humiditates in universo corpore aufert, noxiasqve absumit, ut:

℞. succin. alb. praep.
ʒI.
cinnab. ♁ ii. ℈I.
specif. cephal. D.
Mich. ʒß.

suc-

⊖ succin. volat.
gr. V.
♁ diaphoret.
ʒß.

M. S.
Pulver 2. Messerspitzen auff einmahl.

℞. infus. bezoard. D. Schneid.
ʒij.
spir. C. C. cum ⊖e volat. impraegnat.
ʒI.
M. D. ad vitr.
S.
Schweiß-Mixtur 60. Tropffen.

S.
℞. spir. sudorif. D. Schneid.
viperar. à ʒI.
ess. lignor. ℥ß.
extr. croc. gr. ii.

M. S.
Schwitz-Essentz 80. Tropffen.

℞. TR. theriac. ZVV.
ʒI.
aq. cinamom. ℥ß.
Syr. cinam q. s.
S.
Gelindes Schweiß-Tråncklein auff einmahl.

Deinde praemissis, pro necessitate, vesicatoriis, fonticulis, ac cucurbitulis, cum scarificatione, aversionis ergo adaptatis, medicamenta opththalmica, seu oculos confortantia interna conveniunt, ut:

℞. conserv. fl. tunic.
℥ß.
euphras. ℥ii.
betonic. ℥I.
anthos ℥ß.
pulv. analept. cal. Mind.
ʒI.
spec. aromat. ros.
dioxyloaloes à ℈ii.
succin. alb. praep.
ʒß.
ol. cinam. gt. iij.
Syr. granat. acid. q. s.

Con-

S.
Sonderl. Lattwerge etl. Meßerspitzen.
℞. rad. valerian.
helen
poeon
sem. anis. stellat
coriandr.
siler. mont.
flaved. cort. citr.
cinam acut. à ℨii.
gran. mastich. ℨvi.
thuris ℨiii.
sacch. ad pondus omn.
F.
Tragaea.
℞. aq. lil. convall. c. V. ℥iß.
foenic.
euphras. c. V. à ℥ii.
vit. Matthiol. ℥i.
Spir. foenic. ℨii.
⊖*c. anisat. ℨiß.
Syr. betonic.
Stoech. Arab. à ℥i.
eleosacch. foenic. ℨi.
M. S.
Innerl. Augenwaßer Löffel weise zu gebrauchen.
℞. spec. diambr.
diaxyloal. à ℨß.
extr. valerian. ℨi.
croc. gr. iii.
ol. foenic.
anis. à gt. IV.
sacch. in aq. euphras. s. q. sol.
F. l. a.
Rotulae freqventer ore gestandae.
S.
Starck Küchlein.
℞. ess. lign. aloes ℨvi.
bals. Peruv.
spir. ⊖*c. aromat. à ℨii.
M. S. Mixtur 60. Tropffen.
℞. ⊖. volat. oleos. Sylv. ℥i.

S.
Stärckung 50. Tropffen in Thee zu nehmen.
℞. spec. diambr. inc.
dianthos à ℈ii.
sem.

sem. coriandr. praep.	sacch. alb. ℥ß.
foenic. à ʒj.	M. F. pulv. subtiliss.
cubeb.	adde
cardamom à ʒß.	ol. aneth.
lign. sassafr.	caryophyll.
succin. alb. praep.	foenic. à gt. ii.
fl. euphras. à ʒß.	S.

Innerlich Haupt- und Augen-stärckend Pulver.

Vulgo a Botanicis ex herbis VII. ocularibus (qvae sunt betonica, verbena, euphrasia, chelidonia, siler montanum, alias seseli Massiliense dictum, foeniculum et ruta) fiunt medicamina qvae lumina reddunt acuta.

Forestus l. 11. observ. 35. exemplum habet puellae, qvae, per decennium visus obscuritate laborans, unius conservae euphrasiae usu qvotidiano restituta fuit. *Joh. Hartmannus* in Prax. chymiatrica p. 97. scribit euphrasiae arcanum praestantissimum esse, in visu recuperando, hinc vere Augentrost dicitur: nec non *Arnoldus Villanovanus*, ac *Fabricius Hildanus*.

Joh. Rudolphus Camerarius in sylloge memorabilium Cent. I. refert somnium Philippi Melanchtonis h. v. laboravi ante aliqvot annos fluxu satis periculoso in dextro oculo, et usus sum multiplicibus medicamentis, et tamen nihil me perficere sensi. Somniabam vero me consulere Do-

ctorem

ctorem Philonem Medicum, qvi jubebat me uti uphrasia, qva usus, inter biduum statim sum uratus.

Non loqvar jam de chelidonio majori, cujus sum detexerunt hirundines qvo pullis visum laeum reparant, oculisqve claritatem afferunt, vid. *Avicenna* tom. I. p. 294. hinc ad visum acuendum ommendat *Albucasis* et *Almansor*, ejusve succum ro insigni vulnerum recentium balsamo venditat *Robertus Boylaeus* in Experiment. Med.

Nec de foeniculo, cujus usum primitus serentes manifestum fecerunt hominibus, dum erno tempore è speluncis prodeuntes herbae huic e affricant; cujus succo postea illiniunt oculos ad isum acutiorem reddendum, annotantibus naurae indagatoribus, hinc *Job. Crato* Medicus Caesareus monachum qvendam 9. dierum spatio, Praeceptore suo, ex suffusione facillimo remedio uratum vidit, radicibus nempe foeniculi in vino octis et decocto oculis applicato.

Simili modo feles Valerianae radicis, seu Phu, ires ostenderunt in clarificanda visione, hinc attaria cognominatur, huic oculos continuo africant, mox eandem lambunt ac basiant, qva e re leg. *Casp. Schottus* l. 8. c. 36. Phys. Curios. gregiumqve exemplum reparationis visus, hujus adicis beneficio, recenset *D. Jacob. Theodor. Taernaemontanus* in Herbar. p. 456.

(In transitu enim sciendum multa remedia Meica monstrasse ac invenisse bruta, et à brutis ho-

mines

mines didiciſſe. Ineſt enim qvibusdam animalibus naturalis peritia, et ars innata qvaſi medicinalis. Sic canes, nauſea laborentes videmus aſperis graminis foliis deglutitis vomitum movere Cervi globulis tormentariis petiti devorant dictamnum, iidem à phalangiis laeſi cancrorum eſu venenum è corpore fugant, aut radice plantaginis utuntur, aut cervariae: qvod ſi vero inappetentia laborant, trifolium acetoſum guſtant. Porro ciconiae, ac columbae ſylveſtres vulneratae origanum qvaerunt, et ſanantur, lacertae a ſerpentibu offenſae chamomillam, upupae adianthum, grue juncum, palumbes laurum, muſtelae rutam, apri muſcum, hederam et cardopatium, gallinae e perdices parietariam, anates et anſeres ſideritidem urſi formicarum acervos, et folia lactucae, mure helenii radicem, boves ſerpillum, aſarum et tus ſilaginem, oves nummulariam, corvi ſedum minus, bufones ſalviam, ſcorpiones baſilicum, et Hac de materia conſulatur *Job. Euſeb. Nierenbergius* in Hiſt. naturae maxime peregrinae c. 12. p. *Benedictus Curtius* l. 3. de hortis p. 678. *Gothofred Smollius* in manual. rer. admirab. c. 33. p. 183. *Agrippa* de occult. philoſ. l. 1. c. 16.)

Sed ut ad herbas noſtras oculares redeamus, *Emanuel König* P. II. regn. vegetab. p. 255. inqvit: Novi typographum, qvi eſu baccarum juniperi ſingulis mane, viſum usqve ad ſummum ſenium illaeſum conſervavit, imo halitus eorum ex ore oculis afflabatur ab ipſo.

Plini

Plinius item de capris feris fatetur eas nunqvam ippire propter efcam qvarundam herbarum: juniperum autem pabulum damarum et rupicaprarum effe, teftatur *Georg. Hieronymus Velfchius* diff. II. de aegagropilis p. 29. qvia ejusmodi foliola acuta et fpinofa juniperina in pilis ventriculi horum animalium deprehenduntur.

Qvid dicam de ruta, qvae egregie commendatur ad abforbendas humiditates nimias in lippitudine, et oculos à caligine purgandos, qvi ufus pictoribus antiqvis, fculptoribus ftatuarum, aliarumqve rerum artificibus haud fuit ignotus, qvi affidue eam deguftabant, qvo acutius cernerent. Vid. *Simeon Sethi* lib. de alimentis, inprimis celebratur ejus aqva, menfe Majo deftillata, ob eximias ad vifum clarificandum dotes, juxta verficulum:
Auxilio rutae vir lippe videbis acute.

Olaus Borrichius de ufu plant. indigenar. in Medicina p. 25. in fafciculum qvafi colligens plantas ophthalmicas ita differit: in debilitate vifus, tunicas oculorum, fpiritus, et nervos opticos firmat vinum, radice helenii, chelidonii majoris, et valerianae temperatum. Fit etiam pulvis ex femine foeniculi, petrofelini, fileris montani, anethi, et ex iisdem, fi placet, infufum. Oculis inftillatur aqva cyani, hieracii, confolidae regalis, foeniculi, lyfimachiae caeruleae, cichorei, fumariae, fambuci, dentis leonis, rad. helenii. Qvibus in hoc malo pituita qvoqve molefta eft, utantur infufo florum euphrafiae albae, et fale vola-

tili radicis helenii, unde vinum euphrasia praegnans, atqve helenii radice, senibus utile est.

Tandem etiam commendantur remedia externa ad discutiendas fuligines, et clarificandum visum, ut spir. ⊖*c. foeniculatus, oculis saepissime admotus, et subito remotus, nec non seqventia abstergentia, exsiccantia, ac leviter adstringentia mixta, qvalia sunt:

℞. tut. praeparat. ℈ii.
♁. diaphoret.
sief. alb. à ℈I.
lap. calaminar. praep.
gr. XV.
M. F.
pulvis subtilissimus.
oculis insufflandus.

℞. nihil alb. ʒI.
lap. calaminar. ℈ii.
ceruss. ʒIß.
G. arab. ℈IV.
myrrh.
amyli à ℈ß.
camphor. gr. VI.
M. S.
Augen=Pulver.

℞. aloes.
thuris.
tut. praeparat.
sacch. Saturn. à ℈ß.
matr. perlar. ℈I.
croc. metallor.
gr. IV.
aq. plantag.
lil. alb. à ℥ii.
sacch. Cand. A. ʒii.
S.
Augen=Waßer
wohl umb zu rühren

D. Christian. Lahme in Ephemer. Cur. Germ. anno 1700. seqvens collyrium annotavit, qvo affectus oculi desperatus Hafniae in viro septuagenario fuit curatus.

℞. aq. foenicul. ℥ii.
chelidon. maj.

fragor

fragor.
rof. alb. à ℥I.
fpir. valerian.
⊖*c. à ʒß.
M.
ad vitr.
S.

Waßer damit die Augen zu waschen.

Aliud ex *Bertrucio* p. 49. fuppeditat in vifus debilitate *D. Georg. Grav.* in tract. de majorana nostra p. 136.

Medicamenta haec externa oculis applicanda à Medicis vocantur collyria. Idem vocabulum reperitur in Sacris Pandectis Apocal. 3. v. 18. qvanqvam in fenfu myftico, ubi illuminatio mentis, feu verbum coelefte defignatur, ac caecitati in v. 17. opponitur, fecundum Prucknerum in Vindic. Bibl. Hoc Symbolum qvoqve eft aqvae poenitentialis, qvae oculos noftros clarificat et aperit, ut videamus qvae recta funt, qvae curva feu peccaminofa Pf. 51. v. 4. Chriftumqve vera fide infpiciamus Joh. 3. v. 14. et 15.

Creidius in libro, qvem vocat Noffe me, et te P. 1. p. 260. feqvens defcribit collyrium facrum: Recipe camphoram contritionis, et myrrham mortificationis, fpecies diaApoftolorum, diamartyrum et diafanctorum, affunde aqvam euphrafiae i. e. Evangelii, cum guttis aliqvot lacrymarum Chrifti, mifceantur haec omnia in mortario con-

ſcientiae, coqvantur adignem tribulationis. Fi
ungventum probatiſſimum.

David Glado addit: ſalbe deine Augen dami
es wird dir wohl bekommen / du wirſt nicht a
lein ſehen die Wunder an GOttes Geſetz Pſ. 11
ſondern auch dermaleins anſchauen das Antli
GOttes in Gerechtigkeit Pſ. 17.

Tandem juxta Eccleſiaſtic. 40. v. 22. herbae v
rides v. g. gramen, oculorum ſunt levamen: (ſc
licet propter illapſum radiorum luminis modera
tum) unde *Joh. Stiefflerus* in loc. Theol. allego
p. 1436. ſcribit: Wenn den Menſchen die Auge
dunckel und blöde werden wollen / pflegen ih
die Aertzte zu rathen er ſolle grüne Sachen of
anſchauen / hiedurch werde das Geſichte wied
klar und ſcharff: alſo haſtu blöde naſſe Auge
von vielen Thränen überkom̃en / in deinen lang
wierigen Schmertzen und Hauß-Creutze / e
tröſte dich des ewigen Lebens / ſiehe den Himm
an / betrachte das ſchöne immergrünende Parc
dieß / ſo wird dir dein Hertz bald frölich werde
Seelig die ihr hier weinet / ihr werdet dort la
chen Luc. 6. v. 21.

CAPUT VI.

DE *LACRYMIS HOMINUM ET BRUTORUM.*

PHiloſophi nonnulli veteres bruta qvaedam l
crymari crediderunt, v. g. elephantes, cerv
apr

pros, crocodilos, phasianos, delphinos, asinos, eones, philomelas, canes et eqvos etc. Consulaur hac de materia *Zacutus Lusitanus* Tom. II. in Prax. Histor. p. 638. *Histor. foetus Mussipontan.* p. 7. *Petr. Martyr. ab Angleria* l. 3. navigat. Babyon. p. 91. *Franzius* in Hist. animal. sacr. p. 289. *Octavianus de Tufo Neapolitanus* in cap. 12. Ecclesiastic. v. 16. p. 506. *Jul. Caes. Placentinus* tract. de acrymis c. 12. *Casp. Schottus* in Phys. Cur. *Campofulgosus*, *Aelianus* in Histor. l. 14. c. 9. et *de la Cerla* comment. in Virg. p. 524.

Ast hodierni Physici rectius negant lacrymas adere in bruta. Haec enim gemitu ac clamore otius qvam lacrymis dolorem suum produnt.

Optime sentit hic *B. Sperlingius* in anthropoog. p. 274. ut canes feles, aliaqve bruta voce et estibus laetitiam declarantia ridere videntur, ere vero non rident: ita et, cum ejulatu ac clanore dolorem manifestant, lacrymari videntur, t revera videntur. Non qvivis humor ex oculis missus lacryma est, simile qvid est, lacrymae veae non sunt, sed analogicae, et abusive sic apellatae, sicut et arboribus lacrymas assignant, vae nil nisi humores guttatim proliciti sunt, sine ffectus declaratione.

Cui consentit *Goclenius* in dissert. de lacrymis . 10. dum de his lacrymationem non nisi aeqvi oce dici, juste monet. Sicuti enim bruta voce estibusqve laetitiam declarantia ridere dicunur, vere autem haud rident: sic etiam qvoties

ululatu dolorem indigitant, flere vulgo putantur, non tamen flent.

Lacrymatio affectum exprimit, et ipſam animi ſeqvitur triſtitiam. Licet guttulae qvaedam aqveae ex oculis nonnullarum ferarum profluxerint, tamen à guttulis ad lacrymas non valet conſeqventia. Nam, ut dictum, lacrymae praeſupponunt affectum aliqvem animi praevium, e tales in hominibus à mentis judicio proveniunt.

Cervorum lacrymae dictae ſordes potius ſunt juxta *Scribonium*, et excrementa ſangvinis, ſecundum *Schneiderum*, qvas natura eo ablegat, qvo iis exitus ſat commode per illum locum detur.

Communiter autores ita diſcernunt: Lamentari eſt voce aemula, ac triſti oratione calamitatem teſtari.

Plorare eſt flebili voce dolorem oſtendere.

Plangere eſt prae dolore pectus vel caput percutere.

Vociferare eſt non modo dolorem, ſed etiam indignationem voce effrenata demonſtrare.

Ejulare eſt elata voce flere, qvod maxime eſ mulierum.

Gemere vero eſt prae anguſtia in ſonum prorumpere, qvod eſt brutorum.

Alii hanc differentiam faciunt.

Gemitus eſt proprie pectoris, dum prae anguſtia in ſuſpiria, et ſonum lugubrem erumpit.

Lamentatio et ploratus fit, qvum voce qverul animi aegritudinem aperimus.

Ejula

Ejulatus est fletus, qvi fit voce sublata.

Planctus deniqve percussionem pectoris indigitat.

Joh. Stephan. Meuochbius vero comm. in Luc. 23. ait: lamentari est oris, et plangere manuum.

Leg. *Valla* de eleg. L. L. c. 52. et *Hieron. Laureus* in sylv. allegoriar. Script. S. p. 449. ubi differentiam inter fletum, luctum, planctum, ejulatum etc. ostendit.

Nullum itaqve animal ratione carens emittit lacrymas, has soli homini natura tribuit, judice *Bartholino* l. 7. Phys. c. 7. *Scharffio* ac *Goclenio*, qvia solus anima rationali est praeditus vid. *Anton. Laurentinus Politianus* dial. de risu l. 1. p. 75. hinc lacrymari, ceu ridere ejus proprium πάθος vulgo habetur. Nam fletus risui est contrarius, et contrariorum commune est subjectum; jam vero qvia solus homo vehementissime cietur ab affectibus animi variis, ergo in solo etiam homine lacrymae adsunt verae, et fletus hominibns tantum competit ratione utentibus.

Qvod si vero qvandoqve contingit, ut brutis oculi stillent, humores isti non ab interno aliqvo affectu proficisci judicandi sunt, sed à causa qvadam externa v. g. aëris, vel Solis, vel venti impetu, aut pulveris in oculos illapsu vid. *Nicander Jossius* de fletu cap. 1.

Verbò: homini, uni animantinm, lacrymarum fluor et luctus datus est, confer. *Plinius* in praefat. l. 7. Hist. nat. ac solus homo laetatur et

contristatur leg. *Zacutus Lusitanus* in praxi histor. lib. ult. c. 11. p. 639. et *Joh. Euseb. Nierembergius.*

Hac ratione *Franciscus Salinas* in jon. qv. 10. p. 361. ostendit qvantum homo caeteris praestet animantibus, ob lacrymas nempe et planctum. Cum enim soli illi, inqvit, inter animantia luctus in nativitate datus, solus etiam Princeps, et omnium Dominus factus: lacrymae illae facile constituunt hominem in felicissimo supra caetera terrae animantia statu, imo jam puerulus possessor coeli per lacrymas dicitur. Ex ore enim infantium et lactentium perfecit sibi Deus laudem, qvia nescii sunt loqvelae.

Praecipue vero in adultis anima in sangvine residens, si qvid adversi sentit, commovet sangvinem, hic ira, gaudio ac moerore turbatur in vasis cordis majoribus, ut de his nunc sursum nunc deorsum vehementius pellatur. Est vero humanae naturae proprium ita agitare sangvinem, ut ex eo tenuissimus et maxime liqvidus humor per vasa oculorum exstillet, qvi lacrymarum nomine venit, verba sunt *D. D. Schneideri* l. 3. de catarrh. p. 374.

Opportune offert hic se QVAESTIO ventilanda DE SEDE ANIMAE, de qva antiqvi Philosophi pugnacissime disputare soliti fuerunt.

Alcmaeon hanc in capite habitare, et principem vim obtinere opinabatur, qvod sensus omnis, i. e. audiendi, et videndi, et odorandi ministra membra in capite essent locata, qvorum omnium viae ad cerebrum

ebrum ferrent, autore *Schneidero* lib. de osse cribri-orm. p.373. *Strabo* in ea capitis parte, qvae superci-is respondet, *Xenocrates* illam capitis vertici assi-navit, *Herophilus* eandem in cerebri ventriculis eu concavitatibus, tanqvam in coelo crystallino, esidere credidit, *Erasistratus* in meningibus, *Gale-us* in cerebri substantia, *Democritus*, *Plato*, et *eonhartus Fuchsius* in toto cerebro, *Cartesius* in landula pineali, *Herodotus* in auribus, Blemor, criptor Arabicus, in oculis, leg. *Wagenseilius* in ota p. 1016. *Capivaccius* in pudendis, Neoterici n centro ovali, seu nobilissima cerebri parte.

Helmontius in ventriculo, cujus verba haec unt: locus animae centralis est orificium stoma-hi, non secus atqve radix vegetabilium est locus italis eorundem. In hominis medio corporis runco est stomachus, qvi nedum saccus vel pera st, aut ciborum olla, sed in stomacho, praeser-im ejus orificio, tanqvam centrali puncto atqve adice stabilitur evidentissime principium vitae, ligestionis ciborum, et dispositionis eorundem d vitam. Itaqve animae sensitivae radicalis to-us est in Archeo vitali stomachi, statqve manet-qve ibidem tota vita.

Insuper prisci qvidam Philosophastri somnia-unt ossiculum unum majus ex sesamoideis, in pol-ice pedis situm, esse habitaculum animae, Arabes vocant Albadaram, fabulanturqve Rabbini ex hoc hominem, tanqvam ex semine in extremo die esse resuscitandum, probantqve ex Psalm. 34. v.

21. Consulatur *Thomas Bartholinus* de luce hom et brut. p. 103. Sed accurate hanc traditionem refutat *D. Fridemannus Bechmannus* de novissimi hominum p. 140.

Alii vero ossiculum Luz in spina dorsi, post decimam octavam vertebram ossi sacro inferius annexum, originem et semen esse resurrectionis fabulantur, hoc Hebraeorum Scriptores neqve aqva, neqve igne, neqve alio elemento corrumpi nec ulla vi externa v. g. mallei, aut molendinae frangi, aut conteri posse nugantur, qva de re conferatur *Joh. Lightfoot* in Hor. Hebr. et Talmud in joh. p. 1073.

Tertullianus de dentibus judicavit in iisdem semen futurae resurrectionis qvasi latere, qvia incorrupti adhuc post cadavera corrupta reperiuntur, hinc *Scaliger* scribit in Exercit. 191. d. 2. lapide sarcophago totum corpus absumi intra 40. dies exceptis dentibus: unde fortassis hominem, prius qvam genito dente, cremari mos gentium non fuit, qvia tenelluli ac medullosi infantes igne penitus absumuntur leg. *Joh. Jac. Chiffletius* in cri Historic. de lint. Christ. sepulchral. p. 5.

Ex eadem ratione Veteres elapsos et erutos dentes summo studio sepeliebant, tanqvam ortus sui principia, qvi mos etiam nunc apud qvosdam populos perdurat, v. g. apud Italos, Septentrionalioresqve populos referente *Th. Bartholino* de luce hom. et brut. p. 103.

Porro *Parmenides* pectori toti animae thronum

adju

djudicavit, *Diogenes* arreriis cordis, *Aristoteles*, *Duncanus Liddelius*, et *Hieron. Montaltus* cordi ipsi, cui et Theologi communiter assensum praebent, unde vocabulum COR secundum tres ejus literas Cameram Omnipotentis Regis interpretantur, juxta 1. Corinth. 3. v. 16. Verum hi continens sumunt pro contento: hac de materia leg. *Ludovic. de la Forge* Tract. de ment. hum. ejus facultat. et funct. D. *Schneiderus* de nat. somn. l. 3. de vera sede fac. animae princ. et *Isaac. Casaubonus* animadv. in Athenaeum l. 15. c. 11.

Alii addunt, qvod cor formam habeat triangularem, versus coelum pateat, et versus terram occlusum existat.

Nos potius, qvi artis Medicae praecepta, qvantum possumus, Scripturae consentanea exhibemus, ut harmonia sit Medico-Sacra (qvoniam qvorundam Medicorum opiniones atheismum fere sapiunt) asserimus, sedem animae regiam esse in sangvine, et sangvinem ejus instrumentum, vehiculumqve existere primarium, non tam ex antiqvissima opinione, vim vivendi scilicet in sangvine inesse (ita enim prisci inqviunt: δύναμις τȣ̃ ἀνθρώπȣ καὶ ζωή ἐςι. Haec a Plutarcho refertur ad Homerum) qvam seqventibus rationibus.

I. enim anima cum sangvine in toto corpore, et omnibus in partibus est praesens, ac per sangvinis fluxum et motum, mediantibus venis et arteriis, omnibus membris vita unice communicatur, usqve adeo, ut, illo ipso denegato, partes hae vita

priven-

priventur, qvod ex forti ligatura, arteriarumqve obstructione, magnisqve vulnerationibus patescit.

Qvod si enim magna in vulneribus fit sangvinis effusio, anima deficit, et vita abbreviatur, etiam in venaesectione larga lipothymia statim oritur, et in nimia ipsa mors v. g. ex apertis manuum et pedum venis, qvali mortis genere obiit Seneca jussu Neronis, rcferente Dione p. 713. Plura Exempla congessit *Joh. Laurent. Bauschius* de lap. haematit. p. 2. ergo cum sangvine detracto ipsa anima corpori eripitur, ac vitae dispendium inducitur.

Qvocirca *Helmontius* de febr. c. 4. venaesectionem praesidium furtivum ac insanum nominat citraqve venaesectionem felicius curari febriente asserit, qvippe cum Deus et natura sufficientia fecerint sordium qvarumcunqve emunctoria, ita u laceratione venarum opus non sit pro febrium victoria, qvod et approbat *Thom. Willisius* tract. de ferment et febr. p. 103. et 166. nec non *Fr. Osvvald Gvembs* in arbor. integr. et ruinos. hom. p. 467 (Nil dicam de aliis sangvinis profluviis praeternaturalibus, qvae cum noxa ac interitu hominis fiunt.)

II. Celeberrimus *Harveus* crebra vivorum dissectione expertus est, moriente jam animali, et qviescente cordis, ejusve auricularum pulsatione in ipsa sangvine undulationem qvandam adhuc, et obscuram trepidationem, sive palpitationem (extremum vitae indicium) reperiri: qva semel prorsus extincta, nullam postea ad vitam revertendi

sper

ſpem eſſe, et *Walaeus* motum ſangvinis ſatis ce-
lerem in venis vidit, exempto e corpore corde.

III. Stabilimus aſſertionem ex Sacrarum Lite-
rarum fontibus, ut Geneſ. 4. v. 10. et c. 9. v. 4. et
5. Levitic. 17. v. 11. et 14. ubi metonymia eſt cauſae
pro effectu. Anima enim ponitur pro vita, qvip-
pe qvae ejus effectus eſt, aut metonymia adjuncti
pro ſubjecto, et notatur ſedes, vel vehiculum ani-
mae, uti dudum ex *Heſſelbeinio* obſervavit *Meiſne-
rus* in Philoſ. ſobr. P. 1. ſect. II. qv. VIII. ac deniqve
Devter. 12. v. 23. (Anima namqve brutorum eſt
ipſe ſangvis, anima vero humana eſt in ſangvine,
judice *Stephano Roderico Caſtrenſi*.) Hinc et anti-
qvi Philoſophi crediderunt ſangvinem eſſe ani-
mam, unde *Virgilius*.

Purpuream vomit ille animam.

Et alio in loco:

Una eademqve via ſangvisqve animusqve ſe-
qvuntur.

(An vero eadem ratio fuerit, cur et in N. T.
viſum fuerit Spiritui S. fidelibus interdicere ſan-
gvine et ſuffocatis, Actor. c. 15. v. 20. 28. 29. et c.
21. v. 25. Theologis excutiendum relinqvimus.)

Id qvod mors Senecae probavit animam cum
ſangvine exhalantis, prout antea dictum; atte-
ſtante *Tacito* atqve *Chriſtian. Matthiae* in Theatr.
Hiſt. p. 505. (qvamvis enim non ſit ipſa anima, ta-
men ejus eſt vehiculum.)

IV. qvia ſangvis movetur ad motum animae.
Affectus enim ſunt animae effectus, ac produnt

ſe

se per sangvinem. Sangvis animae, et anima sangvini mutuo servit, hinc ejusmodi sangvinis motus eorumqve variationes necessario ab insita anima ac impellente inferuntur.

Sic in ira anima cum sangvine effervescere incipit, partesqve solent efflorescere à majori sangvinis copia ad genas appellente: in terrore sangvis in momento refugit ad cor, extrema relinqvit ac stagnat qvasi ad tempus in vena majori, hinc fit, ut partes algeant, corpusqve pallescat.

In moestitia longa itio sangvinis in orbem fit tardior, ac qvasi pigrescit: in libidine fit sangvis spiritu turgidus: in gaudio floridus per corpus manat, ac qvasi vividus redditur.

Si homo conscientia ictus est, non constat color faciei. Nunc enim pallescit, nunc rubore suffunditur, qvod judex probe observat: in pudore tandem sangvis in faciem, ceu velamentum effunditur. vid. Psalm. 44. v. 16. ubi *Pagninus* ita vertit omni die verecundia mea coram me est, et pudor faciei meae operit me.

Andreas Rivetus Exercit. 27. in Genes. eleganter scribit, qvod erubescentia seqvatur pudorem cujus est effectus, ita accidit, ut natura qvasi egrediatur ad velandam faciem verecundantis, vel ad turpe repellendum, id obtinetur sangvine per faciem diffuso, velut tenui purpureoqve velo.

Franciscus Vallesius in sacr. Philosoph. p. 8 haec omnia breviter qvasi in fasciculum complectitur his verbis: Sangvis per iram fervet, per t-

moren

orem fugit, per moestitiam pigrescit, per gau-
um effunditur, per pudorem in faciem occurrit.
Proinde *Servius* concludit: sangvis aut anima
t, aut animae sedes; jam vero per se anima non
t, sed in eo praecipue vigent spiritus vitales,
oad sensum nostrum.

Qvomodo vero anima in sangvine sit, ita ex-
icari potest: Nomen animae, qvod in Scriptu-
s freqvens est, pro vita accipitur, qvae sangvis
citur, vel in sangvine esse, propter spiritus vi-
les et animales, qvi animae organa, et virtutis
us vehicula sunt, et è sangvine evaporant, non
od sangvis proprie vita sit, vel anima, hinc aut
fuso spiritu cum sangvine, aut suffocato, ani-
al interire necesse est. Sangvis ergo dicitur vi-
ntium anima subjective, qvatenus anima inest
ngvini.

D. Daniel Cramerus in der Biblischen Ausle-
ng p. 144. consentit h. v. Das Blut ist die
Seele / verstehe in den Blute / mit / unter / und
y demselben ist die Seele. Eodem ergo res re-
t, inqvit *Gvil. Harveus* in Exercitat. de generat.
imal. p. 323. Si qvis dicat animam et sangvi-
em, aut sangvinem cum anima, vel animam
m sangvine omnia in animali perficere. leg.
othofred. *Voigtium* in delic. Phys. p. 77. Omitti-
us autoritates summorum virorum v. g. *Harvei*,
eusingii, *Bausebii*, *Backii*, *Reekii*, *Vogleri*, alio-
mve. Sic *Empedocles* qvoqve sentiebat animam
in san-

in ſangvine conſiſtere, unde inſidiari ſangyin idem eſt ac vitae. Proverb.1. v. 11.

CAPUT VII.
DE
VAGITU SEU PLORATU FOETUS IN UTERO.

QVoniam fletus iſte praeſupponit reſpiratio nem, ante omnia ventilanda eſt qvaeſtio AN FOETUS IN UTERO RESPIRET?

Veteres pro parte negativa ſtant, horumqv cauſam ſuis rationibus munitam ſtrenue agit *An dreas Laurentius* in Anatom. l. 8. qvaeſt. 26. S militer ex neotericis negat reſpirationem in foet *Alexander Maurocordatus* libell. de motu et uſ pulmonum p. 100. Rationes earum potiores ſun qvod foetus non poſſet haurire aërem, deinc qvia liqvori innatat, ſi reſpiraret, facile in ſuffoc tionem incidere poſſet.

Aſt contrariam in partem eandem affirmat *Hi pocrates*, *Boyleus* in Exp. Phyſ. Mech. *Deuſingiu Bartholinus*, *Harveus*, *Schvvammerdammius* aliiv ſeqventibus fundamentis: qvia adſunt cauſae natu rales, et inſtrumenta voci edendae ſufficientia, a videlicet, ac pulmones. Qvod ſi enim aër longe ſu tilis, per inconſpicuos porulos, intra teſtas ovoru ſolidiores, ſe poteſt inſinuare, et has qvaſi transv litare, qvod probatur ex pullis, qvi ultimis tem poribus, qvandoqve biduo, vel triduo ante exitu pipiunt, intra teſtas adhuc concluſi, hac de

le

eg. *Levinus Lemnius* de occult. nat. mirac. p. 33.
ocvero absqve aëre, et reſpiratione fieri haud pot-
ſt.

Pipitus hic manifeſte deprehenditur, ſi qvis au-
em ovis propius admoverit, teſte *Boyleo* in expe-
m. phyſ. mechan. de aer. vi elaſt. exp. 41. p. 144.
'urbas has ac motus foetus grandioris in ovo dum
allina incubans in nido ſenſerit, ova pedibus ſuis
evolvit, et accommodat ſeſe inſtar matris fidelis,
vae plorantes et inqvietos infantes aut in brachio
uc illuc ſedulo ab uno latere in aliud movet, do-
ec placati fuerint, aut in cunis agitat, donec
lande iterum qvieſcant, referente ita clariſſimo
ſaturae Scrutatore *Gvilielmo Harveo* in Exercit.
e generat. animal. p. 50. et 87. item ut commo-
iorem ſitum pullo intus incluſo praebeat, ſecun-
um *Syſtema Phyſ. Gothan.* p. 626.

Cortex enim ovi eſt poroſus (hinc, ovum co-
um ſudorem qvaſi per poros guttatim emittere,
otidie videmus) qvare per poros hoſce non ſo-
m calor incubantis, ſed et aër pro ſpiratione
etus penetrare poteſt: multo magis per poros
rporis foetus magis patulos, non loqvar de trans-
iratione, cum aër potens ſit omnia penetrare,
iam ſecundinarum rariorem texturam, metalla
c ſolidiſſima permeat, cur non tenerum em-
yonis ergaſtulum, poris infinitis patulum?

Deinde qvia reſpiratio in foetu debilis, ideo
m copioſum aërem non poſtulat. Porro certum
t foetum demum alimenta per os haurire, qvod

I pro

profecto fine aliqvali respiratione fieri neqvit, i
psi vero chylo ac sangvini aër est immixtus (sicu
aër aqvae) facile ergo pulmonibus communica
potest, pro leviori respiratione. Dum enim ut
ro clauditur, aere perexiguo indiget, juxta *Jo*
Veslingium in observ. et Epist. Med. p. 51.

Unde *Hippocrates* scribit: sufficit embryo
modica spiratio, pro suo modulo. Itaqve tantu
aeris, qvantum foetus in utero pro vita sua tue
da reqvirit, facile per matrem, ejusve arterias ip
suppeditari potest, secundum *Gregorium Nym*
mannum dissert. de vit. foet. in uter. p. 38. humo
qve nutricius foetus, à matre deciduus, aeris cop
proportionata est imbutus.

Praeterea, stante sententia firma, dari circul
tionem sangvinis in foetu, autore *Jul. Caes. Ara*
tio de foetu humano p. 46. *Gvaltero Needham.*
format. foet. p. 122. *Georg. Frideric. Rallio* in disqvi
medico-phys. de generat. animal. p. 322. 326. 3
Anton. Deusingio de motu cord. et sang. p. 75. et 8
Joh. Veslingio in Syntagm. Anatom. c. 8. *Barth*
lino in Anat. Reform. *Timaeo* in cas. Medic. l.
c. 24. *Hermanno Conringio* de sang. generat. et m
nat. *Slegelio* comm. de mot. sang. contr. *Riol.* c.
aliisve, consulantur qvoqve *Act. Erudit. Lips.* an
1693. p. 231. qvippeqvae cum vita incipit ac desin
haec autem absqve sero, et aere immixto fieri n
qvit, qvoniam sangvinem mobilem fluxilemq
reddunt, prout ostendit *Jacobus de Back* in disse
de corde, ut et *Hieronymus Barbatus* in disse

e sang. et ejus sero, exinde firmiter concluditur
)etum in utero respirationis habere materiam
ufficientem.

Ultimo cum omnis suctio pulsionis qvaedam
: species, illa vero ab aere ambiente compulso
erficiatur, impossibile est ut lac uterinum à foe-
ı absqve aeris adminiculo sugatur.

Consentientem habemus *Gvalterum Charle-
mem* in Exercitat. physico-anatom. p. 166.

Nimirum cum pulmonum motus in embryone
lane remissior sit, et placidus, adeo ut affatim
eqveant sangvinem excipere, dimittereqve ad
·teriam venosam tanto amne, qvanto ad motum
ordis continuandum videatur reqviri, qvapro-
ter visum est Naturae peculiares illos ac extraor-
inarios ductus fabricare, per qvos sangvis debi-
ı qvantitate cordi convenientius suppeditetur, ne
eficiente illius torrente hujus qvoqve deficiat
ıotus ad perennandam vitae flammulam adeo
cceflarius. Prolixius de circulatione sangvinis
ı foetu leg. *D. Joh. Bohnium* in circul. anat. phy-
iol. p. 33.

Nil obstat itaqve haec difficultas, qvin constan-
er credamus embryonem placidissime qvidem,
ro modulo suo, et in proportione ad cordis mo-
um (qvi etiam placidior multo, qvam in lucis
sura gaudentibus debet censeri) ante natalem
liem respirare.

Vanus qvoqve hic est metus autorum qvorun-
lam, qvi ex suctione alimenti foetus in utero,

qvam *Hippocrates Cous* sect. III. lib. de carnibus p. 31. expressimis verbis affirmat, suffocationem fie ri] sibi imaginantur. Non enim tanta chyli copi adest in utero, qvanta in mari, vel aqva, sed ex ob servatione *Nymmanni* vix unciae VI. VIII. aut X.

Maurocordati igitur simile est nullum, tuto po tius foetus os aperire potest. Liqvor enim nutri tius non asperam arteriam, sed gulam ingreditu sic adultos videmus inter edendum respirare, no tamen suffocari, et posito, adesse nutrimenti co piam in utero, tamen foetus saltem tantum exsu git, qvantum appetit, ac necessarium est, ne propter necessitatem respirationis os semper aper tum habere debet, qvia ejns modica respiratio pe nares celebrari potest, ergo diu os clausum tener potest.

Praemissis his praemittendis firmissime jar concludendum esse censeo, ejulatum ac vagitu foetus in uteri angustiis absqve aeris ope edi no posse, qvia nulla vox contingit sine aere. Sur eqvidem autores, qvi vagitum uterinum fabulosu agnoscunt, et sonitnm potius esse, et à murmu flatuum in intestinis matris ortum, contendunt sed contra experientiam.

Qvod vero hic sit rarus, ratio praeter propt est, qvod non in omnibus foetibus aer copiosu in pulmonibus colligatur, et abundet, sed is pe poros cutis excludatur: deinceps reqviritur, ut a is, abundanter in pulmonibus non nisi à foetu ro bustiore ad asperam arteriam, et laryngem allisu

ejus

ejusmodi ſonum formet: tertio à matribus is ſonus non ſemper attenditur.

Qvod ſi itaqve experientia qvotidiana certum eſt pullos in ovis qvandoqve pipire, uti paulo ante demonſtravi, imo catellos in utero materno latraſſe, prout meminit *D. Georg. Balthaſar Metzgerus* diſp. de vit. foet. in uter. theſ. 11. et *D. Mich. Bernhardus Valentinus* vagitum uterinum in mure minore obſervavit in muſcipula, leg. *Ephemerid. Curioſ. German.* ad ann. 1691. p. 216. Cur negandus eſſet vagitus uterinus in foetu humano, non video.

Nam exempla proſtant innumera, qvae refert *Weinrichius* tract. de monſtr. cap. 26. *Joh. Fincelius* tract. de miraculis *Andr. Libavius* P. 11. ſingular. p. 287. *Gvalter. Needham* in diſqviſit. anatom. de format. foet. p. 96. *Robert. Boylaeus* in experiment. Phyſ. Mechan. p. 465. *Paul. Frideborn.* in Chron. Stet. l. 2. p. 150. *Petr. Borellus* in Hiſtor. et obſerv. Medico-Phyſ. p. 254. *Camerarius* in Memorab. Med. Cent. II. *Joh. Udalricus Rumlerus* in obſerv. à *D. Welſchio* edit. obſ. 97. p. 58. *Cauſſinus* l. 3. Hier. §. 2. *Salmaſius* in reſp. ad *Beverovicium*, *Huitfeldius* in Hiſt. Chriſtiani II. Regis, item *Ephemerid. Cur. Germ.* ann. 1688. p. 86. ann. 89. p. 97. et ann. 91. p. 225.

Nuperrime qvoqve *D. Joſephus Ignatius Muſchel de Moſchau*, in illuſtriſſimi Comitis filio ſecundo nato, anno 1693. annotavit, qvod, anteqvam naſceretur „ clariſſima voce fleverit, ita

 ut

ut, omnes adstantes audiverint, qvi adhuc optin valet.

Vagitus hosce multi plane praeter naturales e judicant, qvia plerumqve aliqvid mali vel foet vel parentibus, vel urbi, vel Principi, vel Reip blicae, vel toti Regioni, v. g. bellum perniciosu aliaqve infortunia praesagiunt.

Verum par ratio est ac Cometarum, calamita varias qvoqve portendentium, et tamen causas turales habentium, qvas B. *D. Sennertus* l. 4. pr p. 375. tribuit rei alicui molestiam foetui afferen eundemqve stimulanti ad flebilem vocem ed dam, qvalis est v. g. longa in utero mora, de ctus item nutrimenti, nec non vexatio morbi a cujus, qvibus infantes qvoqve in utero saepe borant, unde sinistrum augurium nonnulli ca potius qvam consilio naturae adscribunt, Con latur hanc in rem *Adrianus Spigelius* in Epist. incert. tempor. part. p. 79. *Kerckringius* in spicil Anat. p. 118. *Hildanus* Cent. IV. observ. 56. *Miscellan. Cur. Germ.* ann. 70. p. 132. et 150.

Interim cum *D. Balthas. Timaeo à Guldenk* in casu Medicinal. p. 222. concedimus causas vagitûs naturales qvandoqve à causa superiori citari.

CAPUT VIII.

DE

RATIONE, CUR QVIDAM FACIL QVIDAM DIFFICULTER LACRYMENTUR

ORdinarie qvidem in humano genere omni

x aeqvo commune eſt lacrymas emittere; extra-
rdinarium vero, ac rarum habetur reperiri aliqvos,
vi nunqvam in vita plorarunt, talis fertur fuiſſe
hocion, Dux Athenienſium, qvi à *Plutarcho* in
pophtegm. 187. deſcribitur, qvod à nemine la-
rymari viſus fuerit, ut et Socrates, qvi in tota vi-
a nec riſit nec flevit, ac nec à nuptiali laetitia, nec
lius diei triſtitia, qva venenum hauſit, variari
otuit, prout refert *Joh. Ferdinand. Hertodt* in
rocologia p. 195.

Plurimum hic valet naturae proprietas, item
nimi inductio et educatio: hujus ſangvis animi
notionibus facile, illius minime movetur, qvare
le ex fonte, hic autem nunqvam lacrymas pro-
undit. Qvi natura minaces ſunt, pertinaces ac
ruculenti, raro, etiam in ſummis miſeriis, fle-
e ſolent, hinc malefici nonnulli ſiccoculi ſunt, ac
umiceos habent oculos, ut Comicus loqvitur:
ic ſagae qvaedam ſunt illacrymabiles, etiam in
uriſſima tortura, ſummisve cruciatibus, qvam
ateriam ſagaciter ventilat *Keckermannus*, nec non
. *Joh. Fiſchardus* in conſil. p. 78.

Sprengerus qvidem in malleo malefic. P. III. qv.
. p. 557. pro certo lamiarum ſeu ſagarum indicio
abet, ſi qvae foeminae, magiae accuſatae, inqve
dicium productae, lacrymas non fundunt.

Cui adſtipulatur *Henric. Inſtitor* de inqviſit.
um inqvit: Compertum eſt, etiamſi ad lacry-
andum conjurationibus hortetur et compella-
ir, ſi malefica exiſtit, lacrymas emittere non

 poteſt

poteſt, licet det flebiles geſtus, et ex ſputo genas c
culosqve humectet, item *Joh. Bodinus* in daemo
nolog. l. 4. c. 1. *Matth. Berlich* P. 4. concl. 4. nun
60. *Paul. Grillandus* in Tr. de Sortil. p. 9. v. 3.
Wolfgang. Hildebrand in praeſtig. magic. deſcrip
p. 255.

Verum hoc dubium fallaxqve eſt indicium, c
qvo conſulendi ſunt ICTI ut *Henry Boguet*, *Theo
dorus Reinckingius* in reſponſo juris de proce
contra Sagas nulliter inſtituto q. 3. n. 468. et *Au*
Lerchmeyer apud *Dedekenium* Volum. 2. ſect.
ſub tit. von Zauberey p. 420. item *Binsfeld* in com
ment. ad Tit. Cod. de malefic. indic. 12. p. 750.

Licet enim ſint, qvi impotentiam flendi pro ſign
magiae venditent, ut *Paul. Zachias* in qvaeſt. Me
dico-legal. qv. 1. n. 4. ſi ſcilicet venefica coram ju
dice lacrymas cohibere ſolet, qvarum formul
refert *Oldekop* Tr. 4. obſ. 14. v. 2. ſed hoc ipſum
ſatis refutat. Lacrymas enim effundere aliis fa
cile eſt, aliis difficillimum, et in ſe plane indiffe
rens, qvod adeſſe et abeſſe poteſt nocentibus, e
innocentibus.

Proinde qvod ſagae lacrymas effundere hau
qveant, id pro inani ac frivolo admodum ſign
reputat *Mart. Derio* l. 5. ſect. 4. *Joh. Georg. Go
delmannus* tract. de magis, veneficis, et lamiis, ne
non *Thummius*, et *Lindenſpür* aliive, cum fieri po
ſit ut ſit talis qvarundam conſtitutio corporis.

Deniqve *Ericus Mauritius* in diſſertat. p. 110

ſeqven

eqvens responsum Facultatis Juridicae Tubingen-is consignavit: Daß die Verhaffte ohne Zähren geweinet habe / daran doch der Gemeine Unverständige in dergleichen Fällen viel sieht / und s etwan für ein unfehlbar indicium der Hexerey alten thut / hat wenig oder gar nichts zu bedeuen / denn viel ehrliche Mann und Weibes-Personen gefunden werden / die nicht anders weinen önnen / und hat solches seine natürliche gewiße Ursachen / wovon die Medici gar hübsch schreiben. Aus welchen denn unschwer zu verstehen/ daß dergleichen Weinen ohne Zähren pro nullo ndicio zu halten.

Praedictus *Sprengerus* seqventem rationem dat: qvod si, inqviens, causa impedimenti fletus in maleficis qvaeritur, potest dici, qvod, qvia gratia acrymarum in poenitentibus praecipuis donis adscribitur, cum coelum penetrare, et invincibilem vincere humilis lacryma à *Bernhardo* dicitur, nulli dubium, qvin et daemoni, salutis inimicô, displiceant, unde et summis conatibus illas impedire nemo ambigat, ut finalis impoenitentia potius introducatur.

Nos vero dicimus: non solum sagas ob artes magicas ac praestigias, ob pactum et consortium Diabolicum interdum fieri insensibiles ad dolores, sed etiam contumaces, pervivaces, et pertinaces, unde ex obstinatione, ac obduratione animi lacrymas cohibent. Sic deprehendimus saepenumero in pueris immorigeris tantam mentis duritiem,

 ut,

ut, licet virgis et flagris male mulctentur, attamen nec ad unam lacrymam incitari qveant, ita, ut hos citius flagris discidisses, qvam vel unam lacrymam excussisses. Hinc *Gregorius*: flagella moderata lacrymas provocant, immoderata qvodammodo obdurare solent.

Deinceps in magnis et insolitis, in subitis et ex improviso incidentibus animi pathematibus, consternationibus ac perturbationibus plerumqve accidere solet, ut lacrymae non fluant; sed stupore qvodam retentae nou emittantur.

Etenim mala atrocia ejus sunt naturae, ut sic rigescat homo; et obstupefiat, ut flere prorsus neqveat: saepissime doloris magnitudo, et tristitia vehemens recens oborta lacrymas inhibet, et plane tollit, ut ne guttula qvidem cadat. Stante enim ad tempus sangvine cum spiritibus, ex repentino recursu, stagnat simul et ejus serum, ac consequenter lacrymae hinc Phaedra apud *Senecam* inqvit: curae leves loqvuntur, ingentes stupent.

Hoc etiam apparet in maleficis, qvi ducuntur ad mortem, hi minime lacrymantur, sed toti stupore qvodam correpti sunt, ac qvasi insensati: Item, sicut in vulneribus gravioribus, ac improvisis non statim sangvis fluit, sed ad tempus stat et inhibetur: non secus animus subito dolore percussus lacrymas sistit, nec erumpere easdem permittit, mox autem cum cor dolorem sensim sensimqve qvasi concoxerit, dolorqve animum remiserit, incipiunt large lacrymae fluere. Qvare ar-

gut

gute ac nervose scribit *Casp. Sanctius* comm. in Esaiae c. 21. stupor subitus lacrymas prohibet.

Id apud *Herodotum* testatur Amasis; apud *Thuanum* Anna Atestina, qvae, cum nuncius ei esset allatus de caede filiorum, ingenti luctu stupens lacrymas suppressit: apud *Tacitum* uxor Arminii captiva, qvae neqve voce supplex, neqve victa in lacrymas, compressis intra sinum manibus, gravidum uterum intuebatur.

Comprobat etiam exemplum Tragicum Emanuelis Sosae, naufragi, hic, cum ab Aethiopibus spoliatus, una cum conjuge et liberis nudus, in arena sterili relictus, cogeretur uxorem liberosqve, fame ac moerore confectos, in sabulo sepelire, nullas, his in maximis calamitatibus stupore nimio correptus, lacrymas emisit, item historia Marcii Coriolani, in exilium missi, qvi, à matre et conjuge aliqvantulum semotus, immotis ac siccis oculis, instar lapidis, absqve lacrymis ullis stetit, recensente *Halicarnassaeo* l. 3. antiqvit. Roman. et *Camerario* in meditati histor. Cent. II. c. 26.

Talis stupor qvoqve erat Mariae, hinc Joh. 19. v. 25. stetisse saltem juxta crucem dicitur, non vero planxisse, ac lamentasse instar aliarum mulierum Luc. 23. v. 27. Nimirum consternatio gravissima figebat lacrymas, hinc *Erualdus* ita: pectus maternum immanitate doloris arctatur, suspirat intrinsecus, et erumpentes revocat lacrymas; eo amplius autem anxietas intumescit, qvo egredi prohibeatur.

Dein-

Deinde formido imperabat; dolori silentium ac judaeorum torvi oculi illos turbines suffocabant, ergo, clauso tanti doloris tormento, intrinſcus alium vultum exhibebat.

Infantes contra ac ſenes ad fletum proni exſtunt, cujus rei rationes reddere conatur *Carteſi* de paſſ. anim. P. II. art. 133. et *Rodericus a Caſt* l. 4. de nat. mul. c. 7. Nimirum propter abundantiam ſeri lacrymas faciliores edunt pueri a puellae. Nimia namqve ſcatent humiditate, meatus habent laxos, hinc et qvoad animum ſu molles.

Par ratio eſt in ſenibus jam repueraſcentibus, ſclicet ob copiam lymphae ſeu ſeri, idcirco catarrh ſunt obnoxii v. g. coryzae, tuſſi, ſputationi continuae, excretioni mucoſae, ac lippitudini lacrmoſae, ob ſangvinis defectum, ac refrigeratione prout prolixius oſtendi *in Tractatu meo de Sen Salomonaeo* annotat. ad verſ. 2. Eccleſiaſtis.

Idem judicium ferendum eſt de nonnullis, q ab apoplexia liberati, et in vita ſervati fuerunt, in omni vita fracto fluxoqve ſunt animo, adeo ſubinde aut levi de cauſa, aut ſine cauſa illacrmentur.

Exemplum refert *Bernhardus Verzaſcha* Exer de apoplex. de viro nobiliſſimo, hic, qvando conſangvineis et adſtantibus alloqvebatur, pro rſponſione lacrymas profuſas, et miſeranda ſuſpir dedit. Ratio enim ejus erat exigua, et ab applexiae malo infirmata, corpus praeterea phle

ma

nate inebriatum, qvare ex ejus ore balbutiente semper ingens humorum ſeroſorum copia effluat, qvae cauſa ſaepe eſt apoplexiae.

Similem in modum gulae dediti, qvi variis potionibus corpus qvotidie cumulant, faciles ſunt ad lacrymas egerendas, qvas vulgus ideo Bier-Thränen cognominat. Qvi enim largiter bibunt, largiter flere qveunt, hinc moeſti homines, ex lacrymis nimiis ſitientes, ſumto potu largas iterum mittunt lacrymas, qvare harum finis haud eſſe poteſt.

Recte proinde ſcribit *Zacutus*, lacrymas nihil aliud eſſe, niſi humoris potulenti portionem, qvae per dilatationem aut compreſſionem venarum oculorum foras erumpit, hinc *Athanaſius* in oper. Tom. II. p. 362. ait: qvidam ex vino lacrymantur, Poeta:

Eſt qvi perfuſus vino lacrymatur, et eſt qvi
Nullum ridendi novit habere modum.
(Scilicet pro ratione temperamenti ac morum cujuscunqve)

Et Homerus.

φῆ δὲ δάκρυ πλώειν βεβαρηότα με φρένας οἴνῳ;
Meqve gravem vino lacrymas effundere dicat.

De his factum eſt jam tritum ſermone et vetuſtate proverbium Teutonicum, qvo tales dicuntur deplorare miſeriam ebrietatis. Plura de lacrymis ebriorum ſuppeditat *Caſp. Caldera* in tribunal. Medico-Magic. p. 395.

(Omit-

(Omittam verba facere de hydrophobis, qvos lacrymas comitari tradit *Caſpar Barthius* in adverſar. p. 1743.)

Qvid dicam de foemellis, occaſione qvalicunqve, vel etiam leviſſima illis oblata, ac data, ad ploratum proniſſimis, et lacrymis qvaſi ludentibus? de qvibus Poeta ita:

Neve puellarum lacrymis moveare caveto,
Ut flerent oculos erudiore ſuos.

Nimirum qvia in his ſangvis eſt frigidior, humidior, et aqvatior. Audiatur Hippocrates, Medicorum parens, de natura pueri, et lib. de victus ratione h. v. τῶν δε πάντων τὰ μὲν ἄρσενα θερμότερα, καὶ ξηρότερα τὰ δε θήλεα ὑγρότερα, καὶ ψυχότερα. At vero inter omnes, mares qvidem calidiores et ſicciores ſunt, foeminae vero humidiores ac frigidiores.

Cui ſuffragatur *Ariſtoteles* l. 4. de generat. animal. c. 1. et 6. *Plato* l. 5. de republica, nec non *Galenus* paſſim variis in locis. Hac de cauſa corpus earum eſt mollius, caro magis flaccida et delicata, ingenium infirmius, ac mobilius, animu timidior; et ad ſudorem ac fletum proclivior eandem ob rem, etiam citius terrore afficiuntur, e ad miſericordiam facilius invitantur. Qvalis enim habitus eſt ſangvinis, talis qvoqve eſt animi et ſangvis movetur ad motum animae, qvonian ejus vehiculum eſt ac inſtrumentum primarium.

Cum itaqve mulieres tenuiorem ſeroſioremqve habeant ſangvinem, adeoqve magis mobilio

rem

em, exinde leviter ira incalescunt, sunt loqva-
es, animusqve earum facillime commovetur, et
d gaudium atqve alterationem concitatur, atqve
cile rursum sedatur, hinc itidem lacrymis abun-
ant, et in affectibus animi temperare sibi ne-
veunt, sunt inconstantes, et uno fere momento
unc risum, nunc lacrymas edere possunt.

Qvapropter natura, semper provida, earum san-
vinem voluit purgari, juxta lunae phases, qvip-
e qvae dominatur humoribus, propter analogiam
icrocosmi cum macrocosmo, cujus expurgatio-
is beneficio innumeras effugiunt aegritudines.

Accedit, qvod in mulieribus per vitam seden-
riam, et cochleariam humores sangvinis excre-
entitii cumulentur, et in sangvine serventur,
vi in vivis, excitato per laborem calore, absumun-
ır, ac sudore ejiciuntur, unde rusticorum filiae,
b qvotidianos labores motusq;, virgines urbanas,
lumulis affixas, et otiosis voluptatibus, fenestra-
ımqve valvulis addictas, integra sanitate antecel-
ınt, cum illarum facies rarius expallescat, cor-
us noctu raro sudet, os sputo non scateat, nec
ares, ac naturalium orae humore albo impuro
adeant, qvae omnia in oppidis, mollissimo cultu
iventibus, propria qvasi sunt.

Non solum autem in nostris regionibus, sed
tiam apud exteras nationes, lacrymae foeminis
agis familiares esse solent, qvam viris. Ita
Jordanus lib. de eo, qvod divinum est in morbis,
eminit de qvibusdam Bohemiae mulieribus,

qvae

qvae ſponte, et pro lubitu plorare ſolent: Similite
de Perſicis foemellis *Simoneta* in compend. Medi
cin. l. 2. c. 51. Sunt enim lacrymae illarum arma
ſentiente *Ulpiano* ICTO.

Interim in ſexu virili qvandoqve reperiuntur
qvi animos gerunt muliebres, ἄνανδροι appellati
conſtitutione corporis tenera, molli, et effoeminat
praediti, qvi eousqve molles ſunt, ut mulieribu
parum cedant ejulatione, ac fletibus. Ita *D. Petr*
Lotichius in Petronii Satyric. p. 413. exemplum ha
bet ruſtici XL. annorum, qvi ad minimam qvam
cunqve offenſiunculam amnes velut lacrymarun
effundebat. Tantae enim erat mollitiei, ut ne
cachinnos, nec jocos, aut dicteria ſuorum abs
qve fletibus, iisqve profundiſſimis ferre poſſet
cujus filii qvoqve, ab eodem procreati, ejusdem fer
me fuere mollitiei.

CAPUT IX.

DE
LACRYMARUM UTILITATE ET NOXA.

VOx Hebr. majan fons, et Ajin oculus, unan
agnoſcunt radicem ajan inuſitatam, forſa
qvia aqvarum ſcaturigo, ſeu fons eſt, velu
qvidam terrae oculus, et propter perennem ebul
litionem ac promanationem, item propter utili
tatem aqvarum, inſtar lacrymarum vid. *Henr*
Opitii Lexic. nov. Hebraeo-Chaldaeo-Bibl. p. 823
et *Valent. Schindleri* Lex. Pentaglott. p. 1292.

Non

Non tangam h. l. usum lacrymarum, qvatenus
cilicet cordis sunt levamina, qvod videmus in
nelancholicis, hypochondriacis, splenelicis a-
iisqve tristibus. Ita B. Lutherus, cum in funere
Aedici clarissimi uxorem videret largius fundere
acrymas, dixit: sinite ita fluere lacrymas. Scie-
at enim et expertus erat moestitiam lacrymis de-
eri ac mitigari, referente *D. Hieron. Wellero*
Comm. in Samuelem.

D. Pfeifferus in antimelancholico l. 2. p. 507.
ta scribit: Unsere Thränen / so bitter sie uns
uch düncken / seyn mit Freude und süßen Trost
leichsam durchzuckert / gleichwie sonst der Re-
en den Staub leschet: also pflegen die Thränen
es Hertzens Staub und wiedrige Bewegungen
u stillen. Wann sonst nach schweren Gewit-
er sichs in einen Regen resolviret / so pflegt der
Sonnenschein nicht weit zu seyn: also fängt die
Sonne in unsern Hertzen gleichsam an zu schei-
en / so bald wir nur unsere Noth durch die Au-
en ausschütten / und von Hertzen abweinen
önnen.

Ipse mihi, testis est Dominus, inqvit *B. Hie-
onymus*, post multas lacrymas, et coelo intentos
culos videbar mihi interesse agminibus angelo-
um. Praecipue hic usus apparet in viduis, qva-
um solamen est in lacrymis. Si non plorarem,
on orarem, *Melanchton* dicere solebat, ac Seneca:
etus aerumnas levat, juxta versiculum:

Expletur lacrymis, egeriturqve dolor.

Chryſoſtomus ait: ſicut poſt vehementes imb[r]
purus aer efficitur: ita etiam lacrymarum pluvia
animi ſeqvitur ſerenitas: Ac *Petrus Bleſenſis*: m[...]
tis conſolationi ſunt lacrymae, et magnitudine
doloris minuunt. Dolor ſiqvidem ſpeciem ig[...]
gerit, qvi, dum plus tegitur, plus igneſcit. Pl[...]
ra leg. apud *Piccartum* in obſerv. politic. dec.
c. 2.

Nolim qvoqve recenſere arcanum vanum *Jo*[...]
Gebſenii, Doctoris Medici, qvi in tract. de la[...]
philoſoph. tradit ex lacrymis pia de cauſa fuſ[...]
ſuperſtitioſe collectis, certa menſura aſſervat[...]
et, beneficio ignis, novem menſium ſpatio fot[...]
parari poſſe arte alchymiſtica pulverem aureu[m]
qvi univerſalis ſit Medicina, pro reſtituendis a[e]
grotis.

Ethnici, à vera Dei veri cognitione alieni, c[...]
berrimum infantis ploratum habebant inauſpic[a]
tum, et adverſae fortunae futurae praeſagiu[m]
idcirco peculiarem colebant Deum, Vagitanu[m]
ipſis dictum, hujusqve ſimulacrum collo infa[n]
tium appendebant, ne multum plorarent, a[ut]
ut Deus iſte, qvem in vagitu os aperire tradeba[nt]
infantum vagitibus praeſideat. Verbum vagi[...]
autem à ſono, qvem primum pueri edunt,
qvidem ejus prima ſyllaba, deducebant.

Avicenna contra, Princeps et Philoſophus ſ[a]
pientiſſimus Tom. 1. lib. 1. p. 156. ſcribit: flet[us]
parvus ante lactationem infanti confert: Ite[m]
Ariſtoteles Pol. 7. 16. ploratum infantibus utile

adſtr

ftituit: nec non *Ambrosius Paraeus* de hom. gerat. p. 23. Rationem addit: qvia fusis lacrymis uita expurgatur. Non autem diutius illos, aut ntentiosius clamare licet, enteroceles aut epiroceles metu, rupto et laxato peritonaei processu. *Anton. de Guevara* in Horolog. Princip. p. 370. llum in India infantem, contra communem narae cursum plorare, refert, qvamdiu lacte alitur. oc fine urticas prope lectum habent, ut ad flem infantes provocent. Philosophi enim nostri, rgit, docent: si binas singulis diebus horas plot infans, tum ad ipsius incrementum, tum ad ae prorogationem plurimum conducere.

Cui assensum praebet *Felix Platerus*, Archiar ac Professor Basil. qvi opinatur lacrymas esse oimas infantibus, qvia per illas cerebrum evacuar. Idem Autor lacrymas in apoplexiae curatio proliciendas suadet., v. g. odore ceparum, decto tenuiore cortice, item sinapis et raphani. g. *Schneiderus* Tract. de apoplexia p. 802,

Verum ratio haec redolet antiqvitatem. Non im lacrymae sunt purgamenta privata cerebri, d ex tota massa sangvinea suggeruntur, qvippe jus sunt serum, ut supra plenius exposui, illud iqve si emittitur, massa sangvinis purgatur, on privatum membrum, ut cerebrum.

Pari modo sicut in coryza, seu gravedine, in qva iiversa haec massa per nares emundatur, dum narium vasis serum illius promptissime ac salu-

berrime stillat, unde initio fluxus inhorrescit co
pus, mox supervenit calor febriculae.

Lacrymae vero infantium lactentium, qvo probe notandum, si nutrix aegro corpore non es sunt mitiores, uti et universum sangvinis seru tum temporis minus acre existit, item feces alv nae, hinc catelli eas avide gustant, item sord aurium minus amarae. Qvamdiu enim infa solo lacte nutritur, sordes istae sunt mites, si v ro cibis vesci incipit, omnia recrementa, ut urin sudor, et lacrymae sunt acriores, ratio est, qv tales humores ex massa sangvinea promanan haec est benignior, si infantis corpusculum lacte valentis nutricis alitur, fit autem acrior, varia cibaria ingeruntur: nec lotium infantis ja nati tam acre est. vid. *Theod. Aldes* Epist. con Harveum p. 13. item observationes Anatom. sele Collegii privati Amstelodam. p. 11. et *Needham* format. foet. p. 93. Lacrymas autem in infan bus non tam salsas esse inde patet, qvia oculos n laedunt, aut inflammant.

Qvod vero attinet usum lacrymarum in infa tibus, ex eo probant, qvia natura ab exuperan seri peccantis, qvo premitur, fletu liberatur, u de in illis epilepsia saepe concitatur, autore *Be dicto Victore Faventino* ac *Plempio*, cujus verba l opthalm. c. 3. apponere libet: Audiveram à g vissimis viris, qvosdam, in gravibus doloribus a mo praefracto lacrymas mascule prohibentes, pertinacissimos capitis morbos incidisse, qvap

p

er etiam Medicorum prudentiores mandant, ne ieris in terminatione inceptus fletus interdicar, caufa qvippe ponitur excitandis in tenera aete convulſionibus epilepticis, aliisve capitalibus grimoniis.

Henricus ab Heer in obſerv. Medic. oppido raris 280. ſeqventem caſum recenſet: annis ab hoc idecim Namurco venit puella nobilis epilepticis roxyſmis, et crebris, et diuturnis, valide vexata, itim tamen ab inſultu ad mentem redibat, lacryasqve non ſponte fluentes, ſed prae electione, idore ſcilicet ſtimulante, motas fundebat ubern. Non diſſuadebam lacrymas, qvae pudim pudibundamqve decebant, in hoc caſu mane, in qvo caput plerumqve et gravatur, et let. Confer *Schenckium* de ſero ſangv. c. VI. p. . et ſeq. ubi agit de affectibus praeternaturalibus ſero intempeſtive retento ortis.

Si itaqve ſerum ſangvinis in recens natis copion eſt, et impurum, fletu maſſa ſangvinea onino expurgatur: hinc prudenter monet *Theoilus Golius* l. 7. Polit. p. 463. pueris non omnino ohibendi ſunt ploratus, clamores, et vehemenres vocis contentiones *συμφέρουσι γὰρ πρὸς ξησιν γίνεται τρόπον τινα γυμνάσια τοῖς σώμα-*. Nam iſta ſunt qvaſi exercitia corporis.

Similem in modum uſum lacrymarum in adulqvidam commendant, qvod his largitur fuſis pitis dolor reddatur mitior, contra in cohibitis adat gravior, unde *Franciſcus Valleſius* com-

 ment.

ment. in aphorifm. Hippocr. p. 644. ita loqvitur lacrymae aliqvando deonerant caput, et laxan cor, qvo fit, ut humiditate ferofa fecundum ca put redundantibus, et iis, qvibus cor angitur utiles fint.

Sic qvoqve, dentium dolorem aliqvando plori tu folutum effe, exemplum habet *Timaeus à Gu denklee* in caf. Medicinal. l. 1. p. 75. ac hyfterican paffionem per criticam lacrymarum effufionem terminatam notavit *Bartholinus* centur. 2. Hifto anatom. 97. p. 345. referente *Joh. Baptifta du Ha mel* in op. philofoph. T. II. p. 567. Eodem mo do uti *Carolus Pifo* tr. de morb. ex colluv. fero ort. autor eft paroxyfmum hyftericum aqvae fpu mefcentis diluvio ad aliqvot libras fuiffe folutum

Nonnunqvam qvoqve ex applicatione empl ftri de galbano cutis ventris eroditur, ut ferum copiofe emanet, unde affectus hic etiam cedi Pari ratione ficut melancholiae morbo laborant fpuitione multa, et conferta magnopere fublevat vidit praedictus *Vallefius* l. 2. cujus caufa eft, qv melancholicornm fangvis valde eft ferofus, pro fect. II. l. VI. oftendit.

Haec omnia indicant lacrymas a fero fangvin oriri, confulatur qvoqve *Nathanael Highmor* in Exercitat. de paffion. hyfteric. qvia per has ej abundantia, et inutilitas falutariter eliminatur, qv le exemplum refert *Joh. Theodór. Schenckius.*

Porro non omnes lacrymae perpetuo mal funt, fed aliqvae interdum crifin per fangvin

prof

ofluvium e naribus praesagiunt, ut in acutis bribus, et praesertim ardentibus, qvemadmoım scripsit *Hippocrates*, si modo largius ex oculis manent. Plura leg. apud *Joh. Gorraeum* in deit. Medic. p. 99.

De virgine per lacrymas curata vid. *Bredenbach.* 4. collat. sacr. c. 7. sic à moestis, et animo perturtis; ac sexu foeminino qvotidie percipimus, laymas esse tristitiae delinimentum, et mentis allementum, animoqve et corpori eorum afflicto creationem ac sublevationem certam afferre; ntrariam in Partem observamus multos ex supessione, vel sufflaminatione lacrymarum, gravi, riculoso ac lethali morbo correptos fuisse, teste *doro Pelusiota* l. 3. epist. 8. et *Cardano* l. 12. de nat. im. p. 467. qvi refert de matertera Toxamina, suppressione lacrymarum prae timore, subitanea orte extincta. *Basilius* item serm. de grat. Deo end. Tom. 1. fol. 362. multos se novisse fatetur, i ex retentione lacrymarum in magnos morbos ciderunt, ac apoplexia cito correpti fuerunt.

Plura de lacrymarum, et fletus utilitate leg. *Gueıra* l. 3. Epist.

Qvemadmodum vero omne nimium est noum; ita qvoqve largus fletus est maxime pernisus, ita *Bartholinus* lac, ubertate lacrymarum in tantibus mulieribus, consumtum fuisse observat. (Serum enim non solum vehiculum sangvis est, sed etiam lactis) imo ex lacrymis diuturs, in longinqvo moerore effusis, corpus absumi-

tur, unde *Plutarchus* μηδέ τι θυμὸν τῆκε πόσι γοόωσα nec animum tuum macera deflendo maritum: et ἐκτακεὶς τοῖς δάκρυσιν dicitur is, qvi intabuit lacrymando. Ἐκτήκω enim significat liqvefacio, sicut ignis ceram liqvat ac consumit vid. *Budaeus*.

Joh. Benedictus Sinibaldus lacrymas in vener conceptionem impedire asserit, ita enim lib. V Tract. II. c. 2. loqvitur: mulier praeter voluntaten viro juncta, si in veneris actu plorat, neqvaqvan concipit, sed sterilem praestat venerem. Ama namqve venus laeta, vult hilarem animum, ju cundosve poscit amplexus, juxta Poetam:

Nec solet in moestos illa venire thoros

Ejusmodi enim animi perturbatione tristi a planctu spiritus turbantur, avocantur, ac resolvuntur.

Praeterea si effluxus lacrymarum est excessivu ac longinqvus, v. g. in moerore diuturno, catar rhos ad oculos concitare solet, ut vel continua e canthis oriatur destillatio serosae humiditatis, u in lippitudine ac epiphora, cujusmodi involun tariae et annuae lacrymationis mentionem fac *Joh. Theodorus Schenckius* in Generosa Baronissa Schönburgk, ubi metus erat, ne oculi simul pro cederent: vel ut molestus pruritus, ac palpebra rum qvaedam excoriatio, vel calor et rubedo o culis superveniat, qvam postmodum seqvitu obsuscatio, visusqve debilitatio, teste *Cels* l. 6. de curand. ocul. imminut. ac *Valesco de Tarar*

fi

e, qvi ita loqvitur: Lacrymatio in tristitia, qvocunqve modo freqventata, visum debilitat. Etenim graviore ophthalmia nonnunqvam plus humoris, plusqve vaporis per arterias in intimas oculi partes simul confertur, ut homo tandem oculis hebetior reddatur, eoqve fit ut nubeculae, ceu muscae exiguae, ob oculos versentur.

Complures qvoqve, qvi lacrymis se, ut sorores Phaetontis, macerarunt, oculorum lumen tandem, continuo illo ploratu, amiserunt, ac coeci facti fuerunt, prout refert *Forestus* de uxore cujusdam Pietcellii dicti, qvae ob obitum parentis tantas effudit lacrymas, ut ex inflammatione, et exulceratione oculo uno fuerit orbata: nec non, de muliere Lusitana, Conimbricensis Episcopus, qvae oculorum usum ob moestitiam, et largos lacrymarum rivulos deperdiderat. Ejusdem mulieris mentionem qvoqve facit *Barradius* Tom. V. concord. et Hist. Ev. addens mulierem istam mariti mortem, usqve ad lacrymas sangvineas, in Lusitaniae regno deplorasse: item *Mercurialis*, *Paraeus*, *Fabricius Hildanus*, *Eusebius* l. 5. Hist. Eccl. c. 8. f. 74. aliive, unde *Homerus:* Moerorem lumina linqvunt; qvi, teste *Chalcidio*, de eo loqvitur, qvi jugi fletu luce oculorum tandem orbatus fuit.

Imo iuterdum cum lacrymis egreditur spiritus vitalis, unde lethalem homo incurrit morbum, scribit *Rolfincius* in meth. med. special. Comm. l. 1. s. 3. c. 106.

Tandem de lacrymis involuntariis lethalibus,

 et qvan-

et qvando mortem praesagiant leg. *Francisc. Vallesius* comm. in aphor. Hipp. p. 130. et 272.

CAPUT X.

DE LACRYMIS JESU.

VEntilatur inter eruditos qvaestio: an lacrymae homini ingenuo dignae sint ac decorae? Stoici negarunt, et indicium turpis animi mollitiei existimarunt, horum qvippe erat illud: Sapiens neminis miseretur. Tollit enim ea secta affectus de humana natura: item parum decoris habere videtur, si vir gravis, honestus, sapiens ac fortis, qvamvis acerbe affectus, illacrymetur, tradit Stoica illa ἀπάθεια.

Ideo Alexander, re et nomine Magnus, Poetam enecavit, qvod Tragoedia sua Regem lacrymari fecerit, et *Plato* scribit: lacrymae à claris viris auferendae sunt, mulieribusqve tribuendae.

Qva de causa et *Petrus Chrysologus*, Episcopus Ravennas, indecorum existimat Salvatori nostro si qvis afferat ex humana infirmitate illum flevisse referente *Stephano Clotzio* Exercit. 1. §. 5. de sudore Chr. sangv.

Peripatetici paulo sapientius moderandos affectus censebant, et in vitio esse, qvicqvid nimium est.

Nos itaqve respondemus: distingvendo inter lacrymas moderatas, et immoderatas: illas omnino concedimus, approbante Scriptura Sacra

Eccle

cclesiastis, 3. v. 1. et 4. Qvod si enim omni rei st tempus determinatum, ita qvoqve lacrymatio-i ac planctui: et gentium Doctor, ac communis le totius Ecclesiae Christianae Pastor Rom. 12. v. 5. jubet flere cum flentibus.

Qvemadmodum enim facies est index mentis, nimi platea, et cum morum tum humorum do-ninantium speculum et character, ut vocat Ader: ta lacrymae signum sunt humanitatis, atqve mise-icordiae.

Inprimis vero Heroum, ac virorum magnorum letus non sunt flocci pendendi, juxta prover-ium antiqvum Graecorum: *ἀγαθος ἀριδάκρυος ἀνήρ.* Bonus vir, qvi multum lacrymatur.

Xerxes, exercitum suum selectissimum, ac co-iosissimum intuens, tanqvam in speculo, seculi patio periturum, ex compassione lacrymas ar-lentes fundebat.

Julius Caesar dum Alexandri M. res gestas per egit, lacrymas cohibere haud potuit, autore *Plu-tarcho.* Pericles, licet per omnem vitam nun-qvam flens visus fuisset, filii tamen mortem lacry-mis uberrimis prosecutus est.

Octavius qvoqve Caesar Augustus non solum nomen Patris Patriae lacrymans suscepit, sed et propter mortem Antonii lacrymis se tradidit, te-te *Philostrato.*

Mittam Aeneam, belli Trojani imaginem mi-serabilem oculis lacrymantibus aspicientem: nec

non

non Numerianum, patrem ſuum defunctum, ad oculorum dolorem deflentem.

Si itaqve lacrymae Heroum horum oculis decore, honeſte, et cum laude prolapſae fuerint, cur qvis lacrymas Jeſu vitio vertat, ac turpes eſſe dicat? Sicuti enim petra duritiem ſuam ſervat, licet aqvam largiſſime fluentem ſcaturiat, et emittat: Sic Salvatori, incomparabili heroi, inter medias lacrymas robur virtutis manet.

Haſael, legatus Benhadadi, Regis Syriae, ad Eliſam Prophetam mittebatur, ex qvo, dum flentem inveniret, qvaerebat: Cur Dominus meus plorat? 2. Reg. 8. v. 12.

Nos, verba haec mutuantes, Jeſum noſtrum ita alloqvimur: qvare Deus ac Dominus meus lacrymas emittit? Hic enim plus eſt qvam Xerxes et Eliſa.

Auguſtinus reſponſum dat, Tract. XLIX. in Joh. Tom. IX. p. 129. Flevit Chriſtus, fleat homo, Qvare enim flevit ille, niſi qvia flere hominem docuit. Diabolus eſt ἐπιχαιρέκακος, qvi laetatur rebus hominum adverſis; ſed Chriſtus φιλάνθρωπος, et amator hominum, qvi, ſi videt nos flere, ipſe qvoqve ingemiſcit, doletqve. Ille non eſt ἄστοργος, ſed plane humanus, qvippe qvi tangitur aliorum miſeria, etiam usqve ad lacrymas.

Optimus certe vir, qvi etiam ſine compari flevit. Flevit enim ad expianda peccata hominum, qvae alius nemo potuit expiare: unde *Joh. Dorſcheus*

in Sy-

n Synopf. Theol. Zachariam. P. 1. p. 296. inqvit: lebuimus nos pro noftris malis, malorumqve oenis, nos prementibus, et in tempore lacrymari, et in aeternum ejulare; mala vero noftra mputata Chrifto, fub his ingemifcit, clamat, acrymatur, ergo pro nobis lacrymatur.

Qvum vero Jefus lacrymas emifit, oftendit non nodo effe verum hominem, et affectuum humaorum participem, demto folo peccato; fed etam mifericordem Pontificem, qvi miferiis noftris condolere poffit, Hebr. c. 5. v. 2.

Hic dum in terra verfaretur, nunqvam rifit, ed faepius flevit, plorans qvidem in facris defcribitur, ridens vero nunqvam, afferente *Augustino, Chryfoftomo, et Salviano*, tum qvod omnium effet prudentisfimus, tum qvod paucas hilaritatis anfas horasqve habuerit hoc in mundo, aut fere nullas, tum qvod hominum peccata ac miferias femper doluerit, inftar Heracliti fere, qvi res humanas, mundiqve vanitates perpetuo deflevit, juxta illud *Alciati:*

Plus folito humanae nunc defle incommoda vitae
Heraclite, fcatet pluribus illa malis.

Pii enim homines facilius lacrymantur qvam rident, inqvit *Petr. Martyr.* in loc. comm. claff. III. c. X.

Sufpirari Chrifto obfonium erat, non deliciari, in hoc prorfus turturi fimilis, qvi gemitum habet pro cantu, annotante *Herrenfchmidio.*

Hic

Hic natus, ſtatim more aliorum infantium lacry-
matus eſt, tum ut inciperet peccata noſtra deflere,
ac luere, tum ut aliis infantibus ſe conformaret:
inqvit *Bernhardus*.

Notanter profecto et congruenter jeſulo Magi
aurum, thus, et myrrham donabant Matth. 2. v. 11
thus et myrrha ſvaveolentes arborum lacrymae
ſunt, aurum pretioſus montium ſudor: lacry-
mas itaqve ſuas, ſuumqve ſudorem offert Arabia,
qvibus et Chriſti lacrymas, et ſudorem ejus ſan-
gvineum ominata videtur. Revera enim, ſi o-
mnem Chriſti vitam attentius penſitemus, qvid
illa fuit niſi perpetuae qvaedam lacrymae, et co-
pioſus ſudor, labore et dolore vario expreſſus,
ſcribit *Drexelius* Tr. de Chr. nat. p. 231.

Circa numerum vero controvertitur inter auto-
res: *Robertus Holcoth* Anglus lect. XCIIX. in libr
Sapient. tradit Chriſtum ſepties lacrymas emiſiſſe
I. dum natus in praeſepio, more aliorum infan-
tium Sap. 7. v. 3. II. dum circumciſus, ubi enim
dolor, ibi fletus Hebr. 2. v. 17. III. dum Hieroſo-
lymam ex compaſſione aſpiceret, Luc. 19. v. 41.
IV. dum Lazarum reſuſcitaret Joh. 11. v. 35. V. dum
à Juda Iſchariote proderetur, et animo turbare-
tur Joh. 13. v. 21. VI. dum agonizans precaretur in
horto Luc. 22. v. 44. (ſi enim guttae ſangvinis prae
angoris vehementia ex corpore Chriſti in horto
defluxerunt: qvanto magis lacrymae ex oculis
proruperunt, inqvit *Fraaciſcus Comarus* in analyſi
Ep. ad Hebr. p. 628.) VII. dum penderet in cruce

Pſ. 22

s. 22. v. 2. et Ebr. 5. v. 7. ubi reperitur vocabulum
ιϵτηρίας, qvod precationem notat supplicantium,
d pedes se projicientium, humilitatis gratia: ea-
em vox qvoqve denotat oleae ramum, qvem sup-
licantes olim manibus gestabant.

Stephanus Clotzius in Tract. de cruciat. anim.
C. p. 47. scribit: non obstat, qvod lacrymarum
Christi in horto non meminerint Evangelistae.
Verosimile enim non est lacrymas defuisse, qvan-
o prae moerore et angustia animi sudor sangvi-
eus è toto corpore defluxit; ubi omnino non la-
rymis solum, aut guttis aqveis, sed etiam san-
vineis preces suas Deo patri obtulisse visus est,
dem paroxysmus eundem in cruce pendentem
orripuit, dum clamore valido et lacrymis Deum
atrem compellaret: mi Deus, cur dereliqvisti
ne!

Christum vero lacrymas fudisse in agonia in
orto, autor est *Theophylactus*, *Oecumenius*
hom. Aqvinas, *Bernardus Claraevallensis* et
rancisc. Ribera, qvamvis Evangelistae has taceant.
hristi amor non contentus aqveis oculorum la-
rymis, voluit insuper in horto sangvineis totius
orporis lacrymis, peccata nostra deflere et abluere,
: hae lacrymae apud Deum Patrem fuere effica-
ssimae. Vocalis enim est sangvis Christi, juxta
enaeum l. 5. c. 1. magisqve clamat qvam sangvis
bel Hebr. 12. v. 24. Sangvis enim Abel clamat
ndictam, sangvis vero Jesu misericordiam.

Alfonsus Salmeron addit: dum versaretur in
aetorio inter verbera et flagella, ubi absqve du-

bio

bio per gemitus Christi graviores ejus lacrymas indigitat.

Alii qvaternarium numerum defendunt v. g. in nativitate, in Lazari resuscitatione, in intuitu Hierosolymae, et in ligno crucis (ut qvemadmodum à ligno culpa et poena, ita qvoqve a ligno in lacrymis Christi esset sanctificatio ac Medicina), adduntqve lacrymas has indicatas fuisse per IV. flumina Paradisiaca, irrigantia Ecclesiae terram, abluentia culpam, et refrigerantia innatam concupiscentiam. His anima fidelis qvoqve irrigatur, ut crescat aliqvando in coelestem paradisum transplantanda.

Drexelius vero lib. de Christo moriente c. 8. IV. haec Paradisi flumina comparat fluminibus IV. gratiae à Christo effusis, v. g. sudori in horto, lacrymis in cruce, aqvae e latere, et sangvini ex vulneribus. Hae piae Patrum sunt meditationes et allegoricae comparationes.

Bonaventura ita: legimus Christum flevisse in sua passione nostram culpam, sive ingratitudinis maculam, qvam in hominibus esse cernebat: in Lazari suscitatione ploravit humanam miseriam ad qvam eundem revocabat, ad pericula et discrimina tum corporis, tum animi, Consulatur his *Maldonatus*; *et Hugo Cardinalis* Hierosolymae autem ploravit nostram ignorantiam, qvam tantam esse videbat.

Christian. Nisanius comm. in Joh. p. 589. ait sicut Christus suscitando Lazarum se Deum proba

turu

ırus erat; ita lugendo ſed hominem ante proba-
at. Lacrymae enim veri corporis ſunt humo-
:s. Plures rationes congeſſit *Aloyſius juglaris* in
[orto qvadrageſimal. p. 297.

Jeſu vero lacrymae, ſuper Hieroſolymae exci-
ium et vaſtationem profuſae, teſtantur ſe non de-
:ctari morte hominum, et interitu, ſcribit *D. Joh.*
Vinckelmannus Comm. in Luc. p. 928. Ipſe enim
:cogitans mala, civitati nobiliſſimae ac florentiſ-
mae ob ipſius coecitatem obventura, adeo miſe-
cordia eſt commotus, ut etiam lacrymas profude-
t, non ſuper ſe occidendum ab Hieroſolymita-
is, ſed ſuper illam i. e. propter illius exitium.
Notanda autem ſunt verba Chriſti Luc. 19. v. 41.
i cognoviſſes, et tu, et qvidem in iſto die tuo
tc. ubi Sermo eſt defectionis, qvia alterum ver-
um deeſt, qvod reqvirit conjunctio, qvemad-
iodum flentes verba ſolent abrumpere prae affe-
:us magnitudine.

Aſt accurate loqvendo Scriptura Sacra triplicis
ltem lacrymationis Jeſu expreſſe meminit, ut
)h. 11. Luc. 19. et Hebr. 5. juxta *Gerhardum*. Leg.
ötſacci Moralia p. 191. in ſpecie vero de lacrymis
hriſti in cruce vid. *Chriſtoph. Nicolai* in letzten
nterlaßenen Andencken J. C. p. 21. *Bernhardus*
:: Dominus arborem crucis aſcendit, ut ab omni-
is videretur, clamavit, ut ab omnibus audiretur,
:vit, ut omnes converteret. Hic loco munda-
e felicitatis primam ſyllabam fel guſtavit in paſ-
one, ut ad coeleſtem regionem melle et lacte

fluentem, lacrymarumqve expertem, aditum nobi
patefaceret. Nonnulli locum hunc referunt Gen
49. v. 12. ubi oculi rubicundiores prae vino alle
gantur; intellige in passione vid. *Gerhardus* i
Comment. p. 846. necnon Cantic. 7. v. 4. ubi la
crymae Chrtsti denotantur per piscinas in Hese
bon, qva de re consulantur Theologi.

Qvidam fuere nimis curiosi, qvi guttas qvoqv
lacrymales Salvatoris numerarunt, ut *Maximu*
Sandaeus in crucifixo honorato decad. 9. p. 147
qvi sexaginta duo millia lacrymarum ex oculis de
stillasse, supra nonaginta septem millia in hort
Gethsemane guttulas sangvineas exsudasse, ac se
xies mille sexcenta sexaginta sex vulnera pro salu
te nostra corpore suo excepisse prodit.

Joh. Heroldus vero juxta numerum lororum no
dorumqve in flagellis, ac pro numero spinarum i
corona, (ex rhamno parata, prout D. d. ostendan
in *Passionalibus meis Medico-Sacris*) vulnera in cor
pore Christi conspicua tradit 5475. *Bonaventur.*
summam plagarum, qvibus JESU sanctissimu
corpus tempore passionis lacerarunt, colligit 1226
et vulnerum ejus 5475. cui suffragatur *Landulphu*
de vita Christi, leg. etiam *Joh. Landspergius* Ho
mil. L. de pass. Dom. *Gvilielm. Pipinus* de Chris
patientis statu, aliiqve plures. *Sic Galatinus* la
crymas Christi in passione effusas numerat 6620
Ast res est incerta, pie potius ita excogitata.

Sufficit nos scire Jesu lacrymas non simulata
fuisse, sed veras et ex serio ac sincero commisera

tioni

onis affectu effluxas, qvia imber lacrymarum lar-
issimus emanavit. Christi amoris lumina facta
nt lacrymarum flumina, qvis inexhaustum ejus
crymarum pelagus absqve lacrymis transfretare,
is inexhaustum dilectionis divinae, erga genus
manum, Oceanum exundantem penetrare
test?

De Josepho scribit Historicus Sacer Genes. 43.
30. incalescebant miserationes ejus super fratrem
um, juxta versionem *Pagnini*, et secundum Vul-
am: commota fuerant viscera ejus super fratre
, et erumpebant lacrymae; multo magis mota
ere Christo misericordiae viscera, ut tam acer-
trina vice fleverit? Hae calentes amoris ejus
it indices Joh. 11. v. 35. et 36. et Deuteron. 33. v. 3.
signa misericordiae, ostenduntqve uberiorem
a nos ac ferventem charitatis affectum.

Qvemadmodum enim David Absolonis dege-
is inobedientiam ac poenam futuram deplo-
it, 2. Sam. 15. v. 30. ac Prophetae futuram po-
i cladem v. g. Jeremias c. 9. a v. 1. ad 10. Esaias
2. à v. 4. ad 12. et Joel. c. 2. v. 17. Sic qvoqve
vator interitum Solymorum, filiorum pessimo-
, oculo scilicet omnipotentiae malum urbis
poenae qvam culpae perpendens, imo non o-
is solis, sed membris qvasi omnibus flevit, juxta
nbardum. *Augustinus* inqvit: Christus flevit,
hominem flere docuerit; et *Ambrosius*: Jesus
suas lacrymas et patientiam ostendit Judaeis,
d ipsorum qvaereret poenitentiam. Deus ex-

 pectat

pectat gemitus nostros temporales, ut avertat ae-
ternos: expectat lacrymas nostras, ut perfunda-
gratiam suam.

Gabriel Biel in Tract. de hist. pass. Dom. p. 59[
inqvit: qvi mala poenae unius gentis, ac civitat-
Hierusalem suis discipulis, non nisi cum lacrym-
compassionis, praedicere voluit, manifeste signi-
cavit, qvantum se pro malis totius humani gen-
ris contristavit.

Ut et *Joh. Schmidius* in C. miscell. p. 559. Chri-
stus flevit, ut discamus lacrymas fundere propt-
peccata. Sicuti autem guttae pluviae cavant la-
pidem saepe cadendo: sic lacrymae Christi cor-
nostra commovere debent ad poenitentiam. Co-
sulatur hic *Brinslejus* Anglus de lacrym. Chri-
super Jerusalem.

In Lazaro vero mortuo deflevit Jesus potis-
mum peccata omnium hominum, tanqvam mo-
tis causam Rom. 5. v. 12. Praedictus *Biel* addi-
Christus non mortuum flebat, qvem ipse suscit-
bat, sed mortem, qvam sibi homo peccando co-
paravit. Si enim peccatum non praecessisset,
ne dubio mors secuta non fuisset.

In ara deniqve crucis non ob tormenta corp-
ris, aut ob acerbitatem passionum suarum, sed
compunctionem humanae miseriae ad preces
lacrymas commotus fuit, nec non ad imitatione-
ut qvoqve precibus nostris lacrymas admisceam-
exemplo Hannae 1. Sam. 1. v. 10. Sarae Tob. 3.
12. Hiskiae 2. Sam. 20. v. 2. et 3. ac Esdrae c. 10. v
hi

inc Philippus Camerarium ita alloqvebatur: si
on plorarem, non orarem.

Qvod si enim corda hominum lacrymis vehe-
ienter moveantur, cur non multo magis iis mo-
eatur Deus orationi junctis? Sunt enim illices Di-
nae misericordiae. Oraturi sunt qvasi coelum
igressuri Ecclesiastic. 35. v. 21. unde *Joh. Lassenius*
Perlenschatz P. 1. p. 5. inqvit: Ein Christ hat die
ärckeste Macht / sein Gebeth ist das stärckste
uff Erden / wer bethen kan / hat keine Noth!
)as saltzige Meer-Wasser hat große Krafft/
is thränende Auge eines Bethenden viel größe-
: dieses beweget den Himmel zur Barmhertzig-
it / machet aus den Fluch einen Seegen / aus
len Weh lauter Wohl.

Eam ob causam consvetudo olim erat preces la-
ymis mixtas tanqvam ardentiores fundere, pro-
patet 1. Sam. 1. v. 10. Ps. 6. v. 7. Joh. 38. v. 2. et 3.
tor. 20. v. 19. qvia lacrymae aromata sunt pre-
m. *Nilus Episcopus* et *Martyr* in Gnomis p. 415.
ationem lacrymosam vocat bonum animae bal-
um, et *Bernhardus* serm. 32. super cantic. ora-
nem fidelem nominat spongiam, qvam Deus in
gvinem filii Jesu immergit, eodemqve nostra
icta delet.

Psalm. 34. v. 6. emphaticum verbum extat Na-
, qvod *Lutherus B.* reddidit anlauffen / fluvii-
rapidi violentiam notat, cui preces comparat,
e in Deum firma fiducia irruunt, fluvii instar
ximi, qvi omnia mala et impedimenta perrum-

 pit

pit (Nahor enim fluvium ſignificat) praecipue
preces lacrymis ſunt conditae atqve impraegnat

Pontificii magnis encomiis praedicant lacrym
D. Ottiliae, qvod faciant ad ſanitatem oculoru
cum tamen hae revera ſint futiles; maxime uti
contra ſunt lacrymae Jeſu Chriſti. Etenim ab
culis ejus, tanqvam ſcaturiginibus, rivi ſalutares
rivantur. Noſtrum eſt, ait *Ambroſius*, qvod fleve
qvod triſtis fuerit usqve ad mortem, agnoſce ita
homo, qvam nobilis ſit anima tua, et qvam gra
fuerint vulnera, pro qvibus neceſſe fuit Chriſt
flere. Doluit autem Salvator et Servator no
meritiſſimus, ne nos aeternus atqve infernalis
primeret dolor: triſtis factus eſt, ut nobis laetiti
veram acqvireret, flevit idem, ut nos flere do
ret, ac eliceret e cordibus duris lacrymas poe
tentiales. Lacrymae enim lacrymas provoca
Plures lacrymarum Chriſti cauſas leg. apud *G*
Richterum in Axiom. Oeconomic. p. 331.

Sicuti vero infallibile mortis ſignum exiſtit
aeger, deſperato morbo laborans, dolores amp
plane non ſentit: ſic aeternae mortis eſt indiciu
qvis peccata non agnoſcit, et lacrymis poenite
bus minime utitur, loco collyrii apocal. 3. v
Contra beatus qvi hic plorat, nam illic rid
Luc 6. v. 21. Lacrymae enim poenitentiales bal
um ſunt, in qvo abluuntur animae, ut ſponſae
gis coeleſtis fiant, ut loqvitur *Guilielm. Peraldu*

Notabilia hic ſunt verba *Aurelii Auguſtini* S
XLII. ad fratres in eremo p. 1368. et 1369. Tri

ſt aqva Salvatoris: aqva lacrymarum, qvando fle-it ſuper Lazarum, et ſuper civitatem, aqva qvam oſuit ad pelvim, qvando diſcipulorum pedes la-it, et aqva qvæ de latere eius emanavit: prima eſt qva contritionis, ſecunda confeſſionis, tertia ſa-sfactionis. Prima mentem ſanat, ſecunda refri-erat, tertia foecundat. Ergo, fidelis, iſtas aqvas ecipe ac lava te, et mundaberis à lepra.

Poenitentia namqve eſt medicamentum vulne-s, ſpes ſalutis, per qvam peccatores ſalvantur, per vam Deus ad miſericordiam inclinatur. Dum utem poenitentiam, fratres, feceritis, fundite pro eccatis lacrymas cordis et corporis. Etenim nun-vid non lacrymando Petrus à Chriſto reſpici-ur? nunqvid non Maria veniam meretur? nun-vid non Martha lacrymis ſanatur? nunqvid non Chananaea exauditur? nunqvid non Lazarus ad itam revocatur? lava ergo faciem lacrymis, per-ute pectus, exalta vocem tuam confitendo ſacer-oti peccata tua, et exclama: peccavi Domino, et eſponſum accipies: Tranſtulit Deus peccatum uum à te.

Porro lacrymae Ieſu meritoriae ſunt. Lapſus rimorum noſtrorum parentum in eo qvoqve con-ſtebat, qvod peccarent oculis. Eva enim abu-ebatur oculis, ut loqvitur *Iob. Cocceus* in Geneſ. .§41. et exardeſcebat in fructum arboris concu-iſcentia illicita Epheſ.4. v.22. Hac de re leg. *Vin-entius Schmuck* in Hiſt. Adae. p.88. etc.

Fagius ad locum Geneſ.3. v.6. ita ſcribit: triplici

 cupi-

cupiditate titillabatur mulier: iudicat enim idone-um esse ad cibum, ad oblectationem oculorum, e ad prudentiam comparandam.

Caietanus vero notat tria hic esse triplici vitæ hominis correspondentia. Nam ad rationem spectat, qvod ad sciendi rationem faceret, ad vegetativam, qvod fructum illum bonum ad vescendum existimaverit, et deniqve ad sensitivam, qvod videretur delectabilis, desiderabilis, ac visu concupiscibilis, iuxta *Pagninum* h. l. qvae sanitas erat oculis secundum interpretationem Chaldaicam.

Est enim Sanare oculos Chaldaicum proverbium, pro pascere oculos. In Sacris etiam, iuxta Hebraismum, desiderium oculi dicitur res visu iucundissima, amabilis et gratiosa, prout ostendi *in Tractat. meo DE MODESTIA SCRIPTVRAE IN REBVS VERECVNDIS* nuper edito.

D. Aug. Pfeifferus in catal. pass. p. 68. inqvit: Unsere erste Eltern lachete die verbothene Frucht an und assen davon Gen. 3. v. 6. allein es hieß: vae tibi ridenti nam mox post gaudia flebis: Bald darauff weineten die Augen Thränen dafür / und solite ewiges heulen darauff folgen: allein dafür weinet der leidende JEsus / diese Thränen sind Perlen und Crystallen / sie seyn ein köstlich ungefälschtes Narden-Wasser für deine Hertzens Ohnmacht / sie seyn der Gnaden-Regen der deinen Sünden-Staub / sie seyn das Wasser / welches die Höllische Glut löschen kan.

(Incidenter elegantem hic inseram comparatio-

nei

nem et aeqvalitatem tentationum Evae in paradi-
ſo, cum Chriſto in deſerto factam, qvam habet *Ioh. Lightfoot* in Harm. IV. Evangeliſt. p.361. Evam tentat ſerpens tripliciter, ut 1. Ioh.2.v.16. 1. cupiditate carnis. Videbatur enim mulieri bonum eſſe fructum arboris illius in cibum. 2. libidine oculorum. Videbátur enim gratiſſimum illum eſſe in oculis. 3. faſtu vitae, qvia faciebat ad intelligentiam divinam.

Similiter tentátor Ieſum ſollicitavit 1. ad cupiditatem carnis, dum illum eſuriéntem videns iubet dicere lapidibus ut panes fiant. 2. ad libidinem oculorum dum omnia mundi regna, cum pompa et ſplendore, illi obtulit, ac repraeſentavit. 3. ad faſtum vitae, dum per aërem faſtuoſe volare, ac de templi faſtigio deſcendere illum hortatur, ad occupandam inter mortales gloriam. *Proſper* eodem fere modo de triplici tentatione primorum parentum exponit: concupiſcentia carnis fructus guſtus fuit, oculorum, promiſſio de aperiendis oculis, ſuperbia deniqve vitae, qvod forent ſicut Dii,)

Sicuti qvoqve Eva lacrymas, ita Maria laetitias in ventre portavit, unde Eva luxit, qvia peccatorem, Maria vero exultavit, qvia innocentem edidit, Luc. I. v.47.48. Eva erat maledicta, ſecundum verbum Iehovae; Ego multiplicando multiplicabo dolores tuos, iuxta ſtylum Scripturae, ob dolorum certitudiuem, magnitudinem, multitudinem ac longitudinem, (prout prolixius explicavi

 in

in procemio meo DE MORBIS IN SACRIS LITERIS.) Maria vero benedicta, iuxta ſalutationem angeli Luc.1. v. 28. ſcilicet ave, mutatis ſaltem vocabuli Evae elementis.

Sicuti igitur ex oculis protoplaſtorum natum eſt peccatum, qvod qvotidie à nobis uſu oculorum illicito continuatur, et augetur: ita viciſſim ex oculis Salvatoris contra hoc malum effluxit remedium, ſcilicet lacrymae ſalutiferae ac expiatoriae haec aqva delet maculas omnium delictorum, hinc ad λύτρον qvoqve referuntur hae Ieſu lacrymae Hebr.5. v.7.

Qvodſi Chymici magnifaciunt aqvas herbarum nonnullarum, ac florum deſtillatas v. g. alchymillae, burſae paſtoris, hyperici, ſaniculae etc. in adſtringendis et medendis vulneribus qvibusdam cur non magnifaciamus lacrymas Chriſti, qvae abluunt animae ſordes, ejusve ulcera curant?

Audiatur *B. Lutherus* T. VII. Ienenſ. p. 264. Si in una lance appenduntur peccata noſtra, et ira Dei, peccatis noſtris debita, ac in altera ponantur lacrymae hominis, tanqvam pro nobis plorantis, tunc altera lanx usqve ad infernum nos deprimet: qvodſi vero in adverſa lance ponantur Dei lacrymae, tunc ponderoſior fiet lanx iſta, qvam omnia peccata noſtra, et univerſa Dei ira: et *Augustinus*: flevit Chriſtus, ut lacrymis ſuis mundi peccata deleret. Interim niſi Chriſtus ſimul noſtra

fuiſſe

uiſſet naturae nec ſemel et iterum lacrymari potuiſſet, inqvit *Chryſoſtomus.*

Maxime vero notabilis eſt concurſus affectuum humanorum Salvatoris in reſuſcitatione Lazari Ioh.11. nempe 1. irae, in v.33. et 38. ubi cum fremitu, i. e. vehementer indignatus dicitur, intellige in diabolum, qvi cauſam mortis invexerat, iuxta *Siricium* in diſcurſu de lacrym. Chr. p.29. vel etiam in ipſam mortem, ſecundum *Aegidium Hunnium* comment. in h. l. qva de re ſupra c.IV. dictum fuit. 2. gaudii, iuxta verſic.15. 3. moeroris ac fletus conſeqventis, iuxta verſ.33. et 35. Gaudebat nimirum propter diſcipulos, qvia per reſurrectionem Lazari ſentiebat fidem ipſorum augeri, ac confirmari in Meſſiam: flebat vero propter Iudaeos, ratione incredulitatis eorum, etiam reſurgente jam Lazaro. Aſt lacrymae Domini gaudia ſunt mundi.

Plura de lacrymis Ieſu Chriſti lege apud *Ioh. Georg. Dorſcheum*, *Ioach. Hildebrandum*, *Michael. Siricium*, *Caſp. Bartholinum*, *D. Velthemium*, *Ioh. Olearium* in Diſſertat. et Tractat. ſingular. hac de materia conſcript. item *Iul. Caeſ. Placentinum*, *Mart. Bohemum* in ſpectac. paſſ. I. C. p. 122. et ſeq. *Iacob. Rauppium*, in Biblioth. portat. pract. p. 357. *Botſaccum* in moral. p. 520. *Ioh. Mich. Dilherrum*, *Ahasver. Fritſchium*, *Hornbeccium*, *Rudolf. Petri* de Traanen Chriſti, alioſve.

Non ſolum autem Chriſtus lacrymatur, ſed idem qvoqve lacrymas noſtras ſiſtit, inqvit *Nazianzenus*, blandeqve detergit in amaritudinibus,

bus, anxietatibus, et omnis generis calamitatibus.

Trebellius Pullio in vita Claudii autor eſt foeminam pauperrimam ac viduam veniſſe aliqvando ad Claudium Imperatorem lacrymis madentem, ut illius opem imploraret: optimum vero Principem, miſericordia commotum, non ſolum cum illa comploraſſe, verum manibus etiam ſuis lacrymas de facie illius abſterſiſſe, malle me, dicens, angoris ſubditorum participem, qvam, ut oculos lacrymis plenos habeant, autorem eſſe.

Haec optime in Deum noſtrum, miſericordiae abyſſum qvadrant, hic omnibus expetentibus aditum concedit, omnes moerore confectos benigne excipit, lacrymasqve eorum exſiccat, ut hilari et ſerena facie diſcedant.

Exemplum leg. Luc. 7. v. 13. ubi *D. Ioh. Olearius* in der Bibl. Erklär. p. 435. ſeqventia annotavit: Obs gleich zu Nain heißt acetoſa in paradiſo, an den ſchönſten Ort wächſet auch Sauerampffer/ ſo ſtehet doch der Troſt dabey/ vita in fato, der Tode lebet/und heiſſet: coelum in coeno: auf dieſen Jammerthal erblicken wir den Himmliſchen Freuden-Saal: et *Henr. Müllerus* in der Ev. S.K. p. 1027. JEſus kan nicht anſehen/ daß wir weinen/ entweder er weinet mit/ oder er wiſchet uns die Thränen ab/ wie eine Mutter es nicht über ihr Hertze bringen kan/ daß ſie ihr krankes Kind ſolte weinen hören/ und ihm nicht ein tröſtlich Wort zuſprechen: ſo kan JEſus nicht ſchweigen

en über unsere Thränen. So bald die Thrä- nen aus den Augen fallen / fällt sein Trost ins Hertze und stillet die Thränen. Thränen sind ein Blut des verwundeten Hertzens: wo Wunden sind / da heilet JEsus / und wo er heilet / da ist der Schmertz gelindert.

In loco vero allegato Lucae ἐσπλαγχνίσθη emphasin habet peculiarem. Significat enim affectum cum ingenti ac profunda misericordia (qva de re in *Tract. meo DE CIBIS SACRIS* c.d. agam) unde *Zelichius* concinnne loqvitur: Das Noli flere ist ein schönes Wischtüchlein mit der rosin-farbenen Seide des Blutes JEsu CHristi des Toden-Verschlingers ausgenehet / wieder alle Sünde und Noth. Haec enim prima fuerunt verba Salvatoris post passionem et resurrectionem. O ergo felices lacrymas, qvas benigna Conditoris manus abstergit.

Est autem misericordia miseriae alienae in corde nostro compassio, iuxta *Augustinum*, et dicitur à miseria et corde, non qvod ea cor faciat miserum, ut *Salmero* putat, sed qvod cor nostrum aliena miseria ita tangatur, ut qvasi calefiat (qvemadmodum Germ. barmhertzig dicitur qvasi warmhertzig) et viscera commoveantur, ita ut non possimus non commiserationis affectum prodere, qvalem scilicet mater infantis ex sententia Salomonis dividendi demonstravit 1. Reg. 3. v. 26.

Haec autem se exerit tam circa captivos, qvam oppressos ac pauperes (manus autem pauperis

Christi

Christi est gazophylacium) in specie vero misericordiae opera hoc versiculo includuntur:

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo: nempe in aegrotorum visitatione, sitientium potatione, esurientium cibatione, et incarceratorum liberatione, item in investiendis nudis, recipiendis peregrinis, ac sepeliendis mortuis.

Deinde verbum σπλαγχνίζομαι, duodecies in Sacro Codice occurrens, notat summum ex visceribus intimis misericordiam profectam, et idem est ac miseria tangor, ita ut intima viscera vitalia moveantur. vid. *Adam Erdmann Mirus* in Philol. Sacr. p. 95. et *Bald.* in Ep. Paul. p. 1089.

Σπλάγχνα autem non solum notant intestina, sed συνεκδοχικῶς interranea, v. g. cor, epar, renes, uterum, et per metonymiam subjecti significat commiserationem, qvae in visceribus et praecipue in corde se prodit: et juxta *Theodorum Bezam* Hebraei per rahamim, ac Graeci per σπλάγχνα omnes teneros ac veluti maternos affectus intimo cordi insidentes, seu amorem intimum declarant.

Optime hoc explicat Lucas c. 1. v. 78. διὰ σπλάγχνα ἐλέυς per viscera miserationum, et Paulus Coloss. 3. v. 12. utrumqve conjunxit: σπλάγχνα οἰκτιρμῶν viscera miserationum i. e. cor ad commiserandum propensissimum, ubi per ἀνθρωποπάθειαν Deo tribuitur, et qvidem notanter non in singulari Deus πατὴρ οἰκτιρμῦ sed οἰκτιρμῶν in plurali appellatur, ut Rom. 12. v. 1. et 2. Corinth.

I. v. 3.

v. 3. i. e. summe misericors, qvia multa et infinita sunt opera misericordiae ejus, observante *Avenar.* in Lexic. Hebr. Ex more enim Hebraeorum pluralis numerus vim habet exaggerandi, ac magnitudinem excellentiamqve alicujus rei designat. leg. *Bernhardi* sermo de VII. misericordiis. Ejus namqve proprium est misereri et parcere.

Porro σπλαγχνίζεσθαι significat diligere intime, sicut mulier infantem in utero gestantem, verbo: notat στοργὰς naturales, atqve illum natura insitum affectum animi, qvo matres, inprimis visa liberorum, ex utero suo natorum, misera, non possunt non eorum misereri. Exemplum leg. Gen. 21. v. 16. et 1. Reg. 3. v. 26.

Vox enim Hebr. Racham dilexit ex intimis visceribus deductum qvasi est, a nomine Rechem uterus, qvi tenerrimo complexu foetum amplectitur, qvasi diceret: invisceravit, si ita loqvi liceret, i. e. inter viscera conclusit. vid. *Conrad. Kircherus* in concord. Graec. V. T. p. 1666. et graec. στέργω amo significat naturali qvadam charitate complector, qvalis est amor parentum erga liberos, et vicissim horum erga illos.

Sic etiam vocabulum εὔσπλαγχνος misericors ab Hebraeis consvetudine est sumtum, qvi viscera pro affectibus usurpant.

Ejusmodi locus qvoqve est Jerem. 31. v. 20. ubi conturbatio viscerum vehementem misericordiae motum notat, qvem ita explicat *Weyhenmaierus* in Ev. Dom. p. 633. Das Wörtlein Hamah brechen

chen heißt so viel als tumultuiren / mit große
Schalle knarren / krachen und brechen / wüte
und toben / und wird gebraucht von den unge
stümmen Meer / welches / wenn es zur Zeit de
Ungewitters seine greuliche Wellen zusamme
stößet / offtmahl solch gethön von sich läßet hören
alß wenn es donnerte und blitzte / und viel Car
thaunen auff einmahl loßgebrennet würden / wi
das Gleichnüs gebraucht wird Esa. 17. v. 12. Jerem
5. v. 22. und c. 6. v. 23. es wird auch dieses Wort ge
braucht von den Brausen des Mostes / welche
dem Vaß den Boden offt außstößet / dafern e
nicht auffgemachet wird Zachar. 9. v. 15. et Pro
verb. 20. v. 1. so breche ihm auch das Hertz übe
den Hunger des Volcks Marc. 8. v. 2. Er wüt
und tobe in seinem Leibe von Liebe und Mitle
den / alß wenn es das Hertz zerbrechen wolte le
D. Aug. Pfeifferi spec. pass. p. 112.

Ioh. Frid. König in disposit. in univ. Theol. p. 6
ita exponit: Es wird ein Gleichnüs genomme
von einen ledigen Magen und hungerigen Ge
därme / wenn dieselbe ledig sind / fangen sie an z
gurren und zu murren / und haben einen hefftige
Hunger und appetit nach der Speise / wollen sic
auch nicht eher zu frieden geben: Also habe auc
GOtt einen heißen Hunger nach unserer See
ligkeit / daß das innerste seines Väterlichen Her
tzens gleichsam gurret und murret / und sich nich
eher will zu frieden geben / es werde dann mit de
gläubigen Ephraims Seeligkeit gesättiget

Qva

Qvapropter juxta fontem Hebr. ſic verba valent: ta viſcera mihi ſonuerunt, vel tumultuata ſunt, et aiſerendo miſerebor eius.

Porro Pſ.23. v.6. extat vocab. Cheſed, denotans ffectum charitatis maternae unde chaſidah i.e. iconia, de qvibus produnt naturae-conſulti qvod oetus ſuos ſupra omnia avium genera ſtudioſius oveant, cibos ore revomant, ac pullis praebeant, osdemqve magnis in periculis adiuvent, leg. *Simonis Maioli* dies canicul. p. 90.

Haec ad affectum Divinum ergo nos optime pplicari et explicari qveunt. Etenim apud eum ſt miſerationum multitudo Eſa.63. v.7. et amplitudo Pſalm.51. v.3. immenſus qvidem eſt Deus in uſtitia, ſed priora ſibi vendicat miſericordia, inqvit *Bernhardus*.

Ut ſummatim loqvar: in Deo noſtro coniunctio ſt affectus et effectus, qvi eſt praeſentiſſimus, certiſſimus, conſtantiſſimus, efficaciſſimus, ineffabilis, c plane incomparabilis.

Deniqve notanter Salomo ad ingreſſum oraculi n templo gemina fecit oſtiola e lignis oleagineis, n Iudaea vulgaribus, inqvit *Drexelius* in Rhetor. oeleſt. p.172. vid. 1. Reg.6. v. 31. Cur non e lignis ietim aut Cedro, qvae Cariem ignorant? oleam dhibuit recte, ut orationis locus ſymbolo miſericordiae inſigniretur. Ut enim oratio impetret, miericordia perſvadet. Baſilius addit: ille in ſancta anctorum, in aeternae felicitatis domum pervenire poterit, qvi per oſtiolum oleagineum

M qvae-

qvaerit ingreſſum, qvi commodare diſcit et miſereri.

Alfonſus Salmeron comm. in Hiſt. Ev. tom. V. p. 91. per duo oſtiola olivarum in Salomonis templo intelligit duplicem miſericordiam, cordis et operis, ſive ſpiritualem et temporalem.

Praeterea emphatice Pſ. 126. v. 5. piorum lacrymae comparantur cum ſemine ex qvo meſſis ſurgit larga laetitiae. Simile deſumtum eſt à ruriculis eorumve laboribus. Cogitur enim miſer agricola jam eſuriens, aut annonae caritate preſſus ſpoliare ſe fructu ordinario, ac ſemen terrae mandare, qvo in annum ſeqventem ſibi proſpicere poſſet, hoc, qvanqvam acerbum ſit, et ſeminantem moerentem ac meticuloſum efficiat, propter eventum dubium, et incertum meſſis proventum, imò in adverſa multa praecipitet, non loqvar de venti aerisqve inclementia, qvae eidem oculos madidos et lacrymoſos ſaepe creat; ſpe tamen futurae meſſis incitatur, ut de fructibus ad victum neceſſarium vix ſufficientibus decerpat, qvod in terram projiciat. (Spes enim alit agricolas, et ſeminatio opus eſt ſperantium) hinc tandem meſſe appropinqvante dolor et lacrymae ſeminantis vertuntur in gaudium et riſum, ob largam laborum ac ſudorum compenſationem.

(*R. Kimchi* qvidem lacrymas has refert ad anxietatem, ob imbrium defectum, terraeqve ariditatem, qvae de meſſe ipſum deſperare qvodammodo jubet, imo vero inter lacrymas precari qvoqve

faci

facit agricolam pro pluvia, qvas preces Deus audit, huic tamen non accedit *D. Mart. Geierus* comment. in h. l.)

Sic qvoqve piorum non erit perpetua triſtitia, licet ſementis fuerit triſtis, meſſis tamen erit laetiſſima. Plura hac de lacrymarum ſeminatione habet. *Geierus* in der Betr. der Sterbl. *Bidenbachius* in Exeq. P. II. p. 244. *Felgiebel* in der Schatzk. Schl. Abd. T. I. p. 934. etc. *Nic. Haſius* in geiſtl. Redner P. III. append. p. 5. *Naſſer* in Klaghauß. P. I. p. 297. *Roberus* in arc. Triumph. P. I. p. 945. *Schröderus* in funebr. p. 575. *Stybarus* in L. p. T. I. p. 191. *Gatakerus* in Cinn. l. I. c. II. *Lamb. Alard* in H. M. p. 55. *Friedemann. Bechmannus* de hominum noviſſimis p. 125. etc. ac *Valent. VVudrianus* in ſchola cruc. et teſſera Chriſtianorum p. 56. h. v. Der Chriſten Acker iſt das Creutz / die Saamen ſind die Thränen / die Frucht iſt die ewige Freude: wer dieſe Thränen-Saat ſäet / der wird theilhafftig der Freuden-Ernde. Mancher ſäet Thränen der Armuth / dafür wird er die Ernde des ewigen Reichthums erlangen. Mancher ſäet in ſeiner langwierigen Kranckheit viel Thränen / dafür wird er ewige Geſundheit einernden.

Cui adſtipulatur *Seriverus* in Seelen-Schatz P. IV. p. 167. Thränen ſind eine ſchöne Saat. Hoc enim e lacrymarum ſemine perpetua jubilorum, et nunqvam finienda exſurget meſſis.

Idem in Safft und Krafft p. 990. addit: Die

Thränen der Betrübten / sind ein Saame[n]
daraus lauter Trost und Freuden-Blum[en]
wachsen Matth. 5. v. 4. Esa. 61. v. 3. et p. 1721. [d]
unsere Thränen fallen in GOttes Garten / [u]
es werden lauter Freuden-Blumen daraus.

Multo magis vero ex lacrymis Jesu messis sur[git]
infinitorum bonorum, tam temporalium, qv[am]
aeternorum.

Ipse suis lacrymis, divino ex corde profectis,
Aeternae peperit risus, et gaudia vitae.

unde *Athanasius* exclamat: Christi fletus no[stra]
est laetitia: et *Augustinus:* ille lacrymas fudit, [ut]
nos gaudia mereremur.

Tandem Salvator absterget qvoqve lacrymas n[o]-
stras in mortis anxietate, ac die judicii Apocal. [7.]
v. 17, et c. 21. v, 4. ubi in Graeca versione ἐξαλεί[ψει]
extat, ἐξαλείφειν autem significat penitus dele[re]
et eluere, ut ne guttula supersit, nec character, n[ec]
reliqviae lacrymarum deprehendi qveant, exp[li]-
cante ita *Gothofredo Kotzero* in Emblemat. pass[io]-
nal. p. 27.

Allegoria haec desumta est à matribus ἐυςοργ[ο]-
τάταις, qvae parvulis, famem vel sitim fletu pr[o]-
dentibus, non ubera tantum admovent, sed lacr[y]-
mas etiam ab oculis detergunt.

Secundum *Hieron. Kromayerum* comm. in ap[o]-
cal. p. 174. h. l. significat lacrymarum causas tol[le]-
re: similiter Esa. 25. v. 8. in fonte reperitur Bi[...]
i. e. absorbuit, scilicet instar vini optimi, lacr[y]-
mas, i. e. qvae illarum causa sunt, ut afflictio[nes]

et

et calamitates hujus vitae, prout explicat *B. D. Calovius* in Bibl. illuſtr. h. l.

In Critic. Sacr. Major. Anglic. dicitur plus eſſe aliqvanto in verbo abſtergendi qvam in illo auferendi, qvod habet Eſaias. Abſtergere enim eſt abſtergendo et obliterando plane delere, ut nulla unqvam de novo prodeat, vel ſcaturiat: et qvidem abſterget Deus πᾶν δάκρυον i. e. univerſam lacrymarum multitudinem, qvaſi una ſaltem eſſet lacryma, juxta *Sebaſt. Schmidium* in comm. abſterſio lacrymarum eſt conſolatio, et exhilaratio.

Joh. Cluverus in diluculo Apocalypt. p. 288. ita exponit: omnes lacrymae abſtergentur i. e. omnis doloris cauſa materiaqve exſtirpabitur, qvicqvid laborum et aerumnarum uſpiam fuit, eſt, et erit, debet exulare, fugere, abire, ac contra ſuccedere jubilus, laetitia, voluptas, et qvicqvid ſvavitatum capit animus: et p. 354. addit: Haec lacrymarum abſterſio incipit in animabus beatorum, et conſummabitur pleniſſime in reſtitutione corporum. Complementum enim plene in altera vita conſeqvitur, ubi illa felicitas facile abolebit malorum omnium memoriam. Hoc modo numerationem jucundam lacrymarum Pſ. 56. v. 9. ſeqvitur abſterſio ſolatiorum plena.

Clamor flebilis non competebat ſtatui integritatis, uti nec ſtatui gloriae ac perennis beatitudinis. Nam primi parentes et poſteri eorum, ſi ſub obſervantia legis divinae duraſſent, lacrymas nunqvam emiſſuri fuiſſent, utpote carituri lacry-

marum proritamentis, et à beatorum oculis lac
mae omnes abſterguntur.

Scriverus in Safft und Krafft p. 837. inq
Unſere Augen werden hier offt von Thräner
geblendet / daß ſie wenig Freude in der W
finden: dort aber / wenn GOtt abwiſchen w
alle Thränen von unſern Augen / ſo werden
allenthalben ihre Luſt an ſeiner Gnade ſehen /
wird die Klarheit des HErrn ſich mit auffgede
ten Angeſicht in uns ſpiegeln.

D. Pfeifferus in cat. paſſ. p. 69. ita enucle
Dein Hertz ſoll ein immer-klarer Himmel ſe
an welchen ſich in Ewigkeit kein Trauer-Wöl
lein auffziehen wird / es ſoll kein Kummer in d
Hertz / kein Klagen in deinen Mund / kein W
nen in deine Augen kommen ewiglich. Das l
dir dein JEſus mit ſeinen weinen verdienet.

Procopius ſeqventia recenſet: Gilimer, R
Vandalorum, à Belliſario victus petiit ſibi ab ar
cis panem unum ob inopiam, cytharam ad p
liandos ac leniendos animi dolores, et ſpongi
ad abſtergendas lacrymas: Spongia haec à Deo r
ſtro facile impetratur, ejus miſericordia aerum
omnes abſorbet, ſicut mare ſorbet guttas pluviae
Coronidis loco ſubnectam tetraſtichum illud:

Naſcimur in lacrymis, lacrymis qvoqve v
madeſcit,
Et vitam rurſus linqvimue in lacrymis.
O multas hominum lacrymas! abſterget at
mnes
Omnibus electis ipſe Deus lacrymas.

F I A T!